


















GIVSTINIANI ARCELLAE MEDICI AC PHILOSOPHI NEAPOLITANI.

De Ardore Vrinæ & ſtillicidio, Ac de miɛtu ſanguinis non puri Opus per utile.





PATAVII,
Laurentius Paſquatus Excudebat,
M D LXVIII.



AD ECCELLENTISSIMVM ET Illustrissimum Principem Dominum Ottauium Frenesium Parmæ, & Placentiæ Ducem splendi dissimum.



Ogitaueram iam diu quomodo rem gratam offerre et complacere deberẽ Illustrissimo, & eccellentissimo Principi excelso domino parmæ &placentiæ Duci splendidissimo: & iustũ quidem est, ut quanto uirtutibus. Iustitia, equitate, humanitate, & similibus mentes dominorum ornãtur. Tanto sibi subditi imo & omnes ad sui dilectionem promoneantur; quo circa quæ suo Principi grata et utilia percipiunt iis famulantes insudare debent. Taliter .n. & non aliter intelligentiæ summo Deo complacent. Iccirco optarem ut labilis naturæ humanæ compago acceptabilem non odiosam materiam licet arduam mihi adduxisset et difficilis speculationis in scibilibus philosophiæ et medciinæ: Tamẽ ne laudabile et generosum litterarum opus ociose quietis argumẽtis molestari posit decreui potius uoluminibus sapientum in cõtemplationibus phisicis labore ingenti tem

pus expendere, quam quòd quieti blandi-
es ab opere tantæ nobilitatis desistere: Sic
.n. generosos animos labor nutrit. Vnde ter
reri non debeo imo animosior fieri ad ex-
pugnādum labores corporeos & animales
sciens, quod nunquam bella bonis, nunquā
discrimina desunt sic psalmigrauista Dauid
multa flagella peccatorum sperantem autē
in domino misericordia circūdabit quare
ego spero satis ragito et exoro misericor-
diam suam ut aperiat mihi uiam placen-
di uenerandæ memoriæ celeberrime do-
mus uetustissimorum patrum. Cuius est
intitulatio de frenesiis. & Vtinam causam
quam nuper mihi obtulit uolubilis fortuna
multisque lapsibus promptissima generose
& eccelse benignati serenissimi Principis sa
tisfacere potens sit: cum de re ardua & dif
ficili mihi agendum sit ad salutem tamē hu
manam pernecessaria multum: propterea
iugum hoc suaue et honus mihi leue uide-
tur hilariq; animo de diabelica passione.

De Ardore urine: stillicidio: et mittu
sanguinis puri aut impuri opus aggredior
sciens his passionibus frequētissime genus
humanum torqueri: quarum materia dia-
logicæ à sophista cum philosopho erit tra-
ctanda: hoc tibi munus Illustrissime Prin-
ceps offerimus quod sub umbra alarū tua-
rum

rum protegatur uelimus : bene uale mi Excellentissime Princeps qui me ut cæteros soles ama, atque tue benignitati comendatum habeas .

CAPVT PRIMVM DE CAVSIS dispositionum & de quod nominis earum cognitione.



Icet uiarum urinæ notitia ambigua sit, & eius difficilis cognitio sicut plurimarum ægritudinum ut ex secundo tegni colligi potest: tamen sensu uisus et ex quæsitis ab infirmo à quolibet interrogante facile cognosci potest dispositio quæ frequentia mittus appellatur quoniam hæc ægritudo per se nota est, & est una de dispositionibus malis diabetica scilicet passio in qua multitudo urinæ secundum quãtitatem discretam emittitur idest in plures mittus partita: & hæc a quibusdã diaria dicitur: quia fluxus est urinæ: Cuius diabetes species dispositio est urinæ cum impotentia retentionis eius, & hanc italici impotentiam urinandi nominãt, idest emissionem urinæ guttati effuse à græcis tamen sapientibus stranguria nuncupatur: Est ergo distillatio frequens mittus media dispositio inter retentionem urinæ quæ a modernis suria dicitur: & emissionem urinæ scilicet naturaliter & uoluntarie absque impedimẽto exeuntis in omni tamen destillatione emittitur urina sed paulati & sepe quare non retinetur & quia indistillatione concurrit causa præternaturalis uirtutem stimulans et multitudo urinæ aut

eius

eius acuitas uel dispositio complexionalis ut psasmus ideo si emittitur urina non sine nocumento uirtutis nec sine labore & eius conatu emittitur & tunc dispositio hæc dissuria a modernis dicitur: Sed quando dispositio hæc taliter augetur ut urina guttatim et non continuæ emittatur: hæc species nocumenti in urina contingẽs difficultas urinæ ab Auicẽna uocatur & à græcis sapiẽtib. strãguria: atque hæc difficilia sunt propter apparentes discordias in sententiis auctòrum ueritas tamen ex his dictis apparet: ex causis etiam uidetur notitia signorum frequentis mittus discurrendo per eas: quæ etiam signa ex nocumento in mẽbris principalibus haberi possunt ut uidetur in frenesi in qua quãdoq; urina detinetur & aliquãdo cum magna difficultate parum emittitur: similiter haberi possunt signa ex nocumento cordis epatis quorũ egritudines & accidentia quarti tertii querenda sunt una tamen causarum exteriorũ strãgurie assignatur uehemens frigidas a circunstante aere & ab aliis rebus non naturalibus ut à cibo & potu quæ uehemẽter fecerunt permutationem in organis urinæ uelut in uessica tota aut in collo eius aut in poris uritidib. aut in renibus quantum ad paniculum colatorium aut in emulgentibus uenis per hec .n. omnia contingit hominem in urinando priuari: aut quia in uessica non recipitur urina aut quia dato quòd in ipsa recepta fuerit expelli non potest propterea quia fortis

frigiditas prohibet debitam circumtractionem musculi colli uesice de circunferentia ad cētrum quare urina denegatur propterea quia ad expulsionem illius necessaria est apertio colli uesice: Cum ergo motiua uirtus dilatat: contractio musculi prohibet illam dilatationem unde denegatur urina et sic causatur dolor: ex alia etiam causa. urina sui multitudine & mala complexione fortassis consequuta ad ipsam incitat uirtutem expulsiuam & sic perseuerat pugna expellētis ad cōstringens & econuerso cum ergo uirtus indilatando elongat superficies intrinsecas colli uesice tūc aliquid de urina destillando cadet: & hoc est formale ipsius stranguríe unde non est mirabile si frequēs est mictus totiens enim ad expellendum mouetur uesica quotiens ab urina patitur sed quasi semper rodditur ab ea ergo quasi semper mingitur: aut saltim mingēdi appetitum habet patiēs: Cum ergo collum uesice magnifice læsum est, & uirtus eius debilitata non est mirabile si impotentiam habeat mingendi & cum magna angustia urinam emittat quæ non est aliud quam stranguri ca passio nominata: in qua si due cause de fortioribus fuerint associate scilicet urine acuitas aut putredo ei cōmixta uel ulcera et excoriationes in collo uesice sequitur necessario frequētia mittus. ex quo sequitur quod quamdiu durat causa cōstringens & dilatatiuus effectus tamdiu durat egritudo: sequitur etiam quod ibi est motus preter natura

tura

turalis & multũ uiolentus ideo necessario ibi est dolor fortis: sequitur etiam quod ex retentione urinæ in ipsa acquiritur acuitas ad quam ipsam urina est ualde parata propter amaritudinem & salsedinem eius unde ardor causatur urine in tali ergo dispositione duplicem complicatã contigit fieri speciem male dispositionis prima stillicidium urine ad quòd defacili ardor sequitur urine a caliditate in collo uessice ab ipsam urinã iã inducta. Sed prima a frigiditate ut iam dictum est: Vnde causa potest reddi quare multi hac egritudine laborantes facile moriuntur: huius ratio est quoniam psasmus, & cotractiui motus lacerti colli ueßice nocumentum cõmunicant nuce & de ipsa cõmunicatur ad cerebrum ualde facile, unde sepe mori contingit. Nunc alterius accidentis ardoris scilicet urine, cause reddende sunt: quæ quia multe præcipue ponende sunt, & famose: prout est ab ipsa urina, quæ acuta est ratione colere secum ad mixte uel materie salce quæ mẽbra urine satis sensibilia acuitate sua ledunt, & sic ardorem causant quoniam multa materia colerica in breui tempore achistifellis transire potest, cum urinali aquositate ipsam acutiorem efficiens & amplos meatus, & hec est una uera, & appropriata causa dissurie, & punctionis urine est, etiam alia causa ex qua ardor fit, urine propter ulcera, & scabiem in collo ueßice aut in extremitate pudibundi, perque urina transiens mor-

dican

dicando ardorem parit: Aut causa est ægritudo fortis eliquãs humores, & ad membra urine propellens unde acutorum humorum propter nimiã caliditatem cõmunicatã ab epate ad renes in mẽbris urinæ ardor causatur: Aut ardor urinæ ex altera specie famosa causatur, quæ est consumptio carnis glandulosæ in collo uesicæ create ad equãdum acuitatem urinæ: Caro enim illa deficiens nõ potest equare urinam quia tunc in sui acuitate nõ cõfringitur, & corpus uesice siccum redditur, & non irroratum ardorem eius facile percipiet humiditate deficiente quæ gratia finis continetur in glandulosis carnibus ad irrorandum, & humectandum membra ut ad expulsionem humiditatũ expositoria sint eo quod humiditas reddit ea extensibilia, & fluxibilia, sed deficiente illa humiditate, nõ contemperatur acuitas urinæ: Cum omnis urina ex lapsu complexionali acuta sit, & salsa, & à caliditate, et siccitate acquisita in ea præternaturam intensa magis acuta, et salsa fit, quare ad collum uesice delata notabilis sensationis existens mordicationem, et punctionem, et ardorem necessario parit. Ideo hæc est, species famosa, et mala ardoris urinæ scilicet comsumptio carnis glandulose in mesenteriõ existens ad hoc, ut sui humiditate contemperet ardorem urine acquisitum ab actione caloris et mistione colerice, materiæ, & serositati acute parti sanguinis: cuius male dispositionis signa habentur per inuestigationem

gationem causarum corpus positiuæ ab intra uel ab extra exiccãtium prout faciũt fortes euacuationes in fluxibus fortibus, & flebotomiis, & aliis corpus exiccantibus maxime mirabc, et mesenteriõ, et intestina, & lumbares partes quas omnes causas necesse est comunicari extenuationem prædictarum partium, aut totius corporis consuptionem ubi ergo aderit extenuatio prædictarum partium aut corporis signum erit consumptionis carnis glandulosæ, et potu etiam catharidarum multa prouocatur materia cum ingenti ardore urine adeo quod sanguinẽ mingere faciãt ut ex sola appositione earum supra genu aut supra pollicem uisa sunt ista omnia fieri: Fit etiam ardor urinæ aut per essentiam aut per colligantiam aliorum membrorum; & si per essentiam tunc aut peruenit à mala complexione pudibundi aut ex solutione eiusdem si primo modo aut erit materialis aut imaterialis quæ cognoscitur per loci colorẽ: Si autem ardor fit absoluta continuitate hoc contigit, aut pp excoriationẽ, aũt propter ulcera quæ in canali uirge sæpe fiunt, aut poris uritidib. aut renibus, aut ob scabiẽ in uiis urinalibus uel propter lapillos in renibus aut in uessica existentes: Si autem ardor fit per colligantiam hoc multipliciter contingit fieri primo, per colligantiam ad cerebrum: nam in cerebro frigido, et hum. generãtur materiæ flegmaticæ per uiam indigestionis quæ licet non sint uere flegmata eoque nul

lus

lus humor uere, et proprie dici poteſt talis niſi ſit genitus in epate tanquam in principio ſuæ generationis organico hæc autem diſtillando per uiam compreſsionis fluunt ad ſtomacum ubi congregata indigeſta faciunt chilum generari frigidum, & hum. & aquoſum per quem epar non poteſt generare maſſam ſanguineam conuenientem in complexione unde ex magna parte flegmatum, & multitudine materie colerice in epate poteſt generari flegma ſalſum quod multiplicatum deſcendit perſeipſum fluendo aut ſaltim in uirtute pellitur pars eius per uenas, & arterias in ligamentis, muſculis colli ueſsice ubi fundatur, & imergitur unde pars eius acuta ſatis dolorem efficit pungitiuum profundatur enim in panniculis aut in muſculis in ſua penetratione uigorata a quadam particula colere rubee diſſoluente colliquante, et faciente penetrare flegma ſalſum unde credendū eſt, quòd ex continuo defluxu illius materie ſalſe & acute membra urine ardorem patiantur, & ulcera aliquando: Aut ardor fit propter ſaniem ab apoſtemate uel àpectore deriuata ad ueſsicam per cōcaua uenarum ſicut enim materie agibo epatis aſcendunt propter nutrimentum partium pectoris, et capitis per uenam chilim, et per duas uenas ramificatas ab aſcellari quarum rami ingrediuntur per poſteriorem partem cerebri in panniculis ita omnino concedendum eſt eaſdem materias in criſibus egritudinum a ſuperioribus

par

partibus propelli ad inferiores maxime forti existente uirtute expulsiua quæ saniem quandoq; propellit de concauitate oßium, & pectoris 7. aphorismorū 59., & proprie cum uie sint parate, & he quidem materie si erunt acute quia nimium inflāmate aut fuerint eiusdem materie colerice permixtæ aut secum adiunctæ materie saniose poterunt ardorem magnum efficere in uiis urine, et maiorem quam intermediis partibus ut puta poris uritidibus eo quia una materia acuta alteri permixta acutiori potest maius efficere nocumentum in partibus in quibus permiscetur quam in partibus aliis: Sed urina saniei, aut materie acute permixta maioris acuitatis erit effectiua in eis quam antequam cōmisceretur: similiter iterum deduci potest qualiter materie acute in crisibus permutatiuis ex scabie, uariolis morbillis expulse ad urine uias ardorem in eis poßint efficere ex quo fundamēto iterum facilius potest uideri qualiter materie acute ut aduste in egritudinibus splenis, & epatis per emulgentes uenas ad urine uias expulse possunt ardorem efficere: Vt Auicēna 2. primi ca. de signis colorum urine cum inquit, & illud quidem quod accidit secundum modum purgationis, & crisis significatur quòd est in fine quartanarum, & cum splenis egritudines resoluuntur, & dolores dorsi, & matricis ut 2. 4. cap. de signis permutationis materie ad inferiora, & alibi pluries unde ex pre-

dictis non est difficile uidere multiplicitatem ardoris urine secundum diuersitatem partium per colligantiam efficientium ipsum. Cum igitur fit, ardor excretica transmutatione materie quæ à toto descendit per uias urine, & facit ardorem in acuitate sua: Tunc uarietas talis ardoris, per signa potest comprehendi ut si à morbillis uariolis scabie per notitiam defedationis cutis poterimus scire materiam harũ egritudinum per uias urine mutatã esse, & earum materie sæpe etiam terminantur per fluxum uentris cum rasura, ut prima quarti cap. de uariolis, quæ materia etiam non minus bene terminari potest, per uias urine similiter morbillorum eo quia utriusque materia corrupta est, & acuta siquidem generatio uariolarum fit ex sanguine corrupto. Morbillorum uero propter uehementiam maliciei sanguinis corrupti pauci. Amplius quia omnium istarum egritudinum materialis causa cõtinetur in uenis quæ a uirtute facile potest deferri ad uias urine, & ardorem efficere: Iterum potest cognosci ardor urine si erit per colligantiam à toto eo quia talis ardor accidit in statu egritudinis uel tempore uehementis ebullitionis materie eo quia si materia deferatur ad uias urine antequam putreret, & ebullerit non efficeret ardorem urine: tertio potest cognosci per absentiã primitiuarum cãrum quæ urine ardorem efficere possunt ut comesstiones rerum acutarum, & medicinarum: potest

etiam fieri ardor à causa complexionali ut si com plexio erit à generatione colerica aut sanguinea calidior potius quam humidior, & licet comple- xio non fuerit talis a principio tamē ex regimine fieri potest in humoribus adustio, ut etiam ex for ti exercitio aut labore aut usu acutorum ciborū salsorum ut sæpe contingit ex comestione cæpe al lii uini fumosi aut habentis acuitatem accidenta lem ut mistionem aquæ uitis aut aliorum acuto- rum, Aliter etiam potest cognosci si fuerit à ma la cōplexione uniuersali aut ab aliqua parte par ticulari ut ab epate renibus aut aliis membris in urinalem aquositatem pertinentibus: ex quibus clare elici potest quod ardor urine potest proue- nire aut per colligantiam totius ad membra uri- ne à toto cadentem sicut fit frequenter in tran- smutatione cretica materierum ad membra uri- ne ut in febribus acutis sæpe contigit, & scabiæ aut uariolis ut dictum est, quarum materie aut quia nimium exuberant aut quia ab incitata uir tute, sinchomatice pro pelluntur, & contingit fie ri diuersionem de circunferentia ad centrum: Aut fit ardor in urina per colligantiam partis ut sæpe contingit ex descensu materierū acutarū ad ueßicam abepate expulsarum ut patet in crisibus acutarum egritudinum, & hoc fit frequenter pro pter expulsionem materierum quæ in epate sania te fuerunt siue in eius concauo siue gibbo, & ab eo expulse ad uias urine licet talis defluxus ra-

ro contigant propter maiorem propinquitatem ad intestina, ad uias tamen urine possunt propelli, ut is tertii tract. tertio cap. de adubellati epatis ubi ita scribitur eruptio adubellati idest apostematis saniati ad partes renum, & egreditur cũ urina quòd, idem clarius scribitur is tertii tract. secundo cap. penultimo mictus autem puris quandoque fit per eruptionem adubellati in mebris superioribus ut pulmonis pect. epatis, & cũ hec materia non euacuatur ab acuitate, & a putredine accidẽtaliter acquisita propter materierum acuitatem ex quibus genitum fuit pus non est mirabile si potest ardorem causare in uiis urine, potest etiam fieri ardor urine ex lapsu complexionali ipsius ueßice quæ, si calida, & sicca fuerit potest, esse causa ardoris urine sic egritudo in unitate ueßice contingens, ut excoriatio ulcera scabies hoc idem sæpe efficere possunt si in toto corpore ueßice fuerint, & maxime in eius collo item omne genus egritudinum coplexionalium in membris urinalibus mediatis uel imediatis eueniens ut in poris uritidibus, & emulgentibus uenis renibus, & epate pariter si materie acute salse aut putre facte ad hec membra deriuantur ardorem efficere possunt, ut quemadmodum lapsus complexionalis unitatis prædictum ardorem efficere potest ex quibus clare elici potest quod omnis ardor urine peruenit aut propter nocumentum essentiale ueßice aut propter colligantiam à toto cadentem

aut

aut a particulari membro. Vnde elici etiam potest quòd hec egritudo fieri potest incipiendo, & permutando ex aliis egritudinibus ad ipsam quæ dispositio in sui principio leuior esset, & facilius curari posset quam si incipiendo contingeret, ut cũque tamen hec dispositio indiget curatione magne follertie, & quam citius fieri posset prouidere membro mandanti quòd ratione materie calide acute uel corrosiue illius ardoris effettiuum erat unde non est mirabile quando ardor urine nõ incipiendo sed permutando fit ab aliis egritudinibus si tunc ualde facile patiens in excoriationem ueßice, & ulcerationem incidit quoniam ut plurimum talis descensus materierum inflamatarum est acutarum aut saniatarum, & corrosiuarum quæ ad pudibundum membrum excelentis sensationis delate per suum paniculum colligatum collo ueßice in urinali uia ex illis cõtingunt excoriatio, & ulcera fieri cito: & Notandum quòd loca ulcerata non euacuantur à præsentia materierum uiscosarum, & à calore intenso renum ex quibus duobus possunt fieri arenule, & ex arenulis lapides in renibus aut in ueßica quæ quia aspera aut magna sunt per loca stritta absq; excoriatione transire non possunt ideo ulcerant, & impotentia illa emißionis urine rationabilius prouenit in principio egritu dinis à residentia, & fixione materierum imersarum collo ueßice, & ibidẽ inuiscatarum quam a lapidis præsentia bene tamẽ

hæc minantur in posterum futurum lapidem, & si non de necessitate tamen erit suspicio magna ut infra dicetur maxime quando dolor spine in loco spōdilium aderit, & proprie renum cum quo dolore si mittus arenarum habentium trumbos & mucos flegmaticos perseuerauerit nullis arenulis cōmixtos indicant hæc futurū lapidē sed diceret aliquis ꝙ corpus alleuiatur per cōtinuam euacuationem harum rerum q̄uo ergo lapis est, futurus? Respondendo dico quòd omnis urina arenosa significat euentum lapidis qui consolidatur, aut qui consolidando procedit aut qui resoluitur, ut secunda primi suma ultima cap. 6. si autem lapis consolidatus est, aut est in uia consolidationis iam apparet difficultas dispositionis. Si autem lapis resoluitur idest cominnitur nō deficit quin magna sit habenda suspicio eo quia iam inueniuntur cause quarum alique sunt necessario concludentes aptitudinem confirmationis lapidis, Alie producentes ad hoc. Nam si erit aliqua complexio sanguinea habens renes cōparatione ad medium generationis notabiliter calidos, & iterum si aderit multitudo flegmatis in uiis urine quòd apparet ex mucis, & trumbis flegmaticis in urina tūc possumus arguere quod apparet utraque dispositio generationis aut confirmationis noui lapidis, & primo ex parte agentis, quòd est calor excoquens secundo ex parte materiei quæ uiscositate uaà calore ex cocta uertitur in arenulas deinde

de in lapides quoniam eadem materia arenulas iam inuentas in renibus sua uiscositate conglutinatur ad inuicem, & est causa generationis lapidis. Accedit etiam alia causa quæ dispositiua est et est uiarum stricturra aut propter pinguedinē aut propter naturalem complexionem: Sed ille cui aduenit lapis renū, ut plurimū est pinguis, & hēt uias angustas naturaliter aut accidētaliter tunc ergo inuenientur cāæ naturaliter concurrentes ad generationē lapidis. s. intēsa caliditas renū uiarū angustia multitudo materie flegmatice, & pinguedo notabilis. Amplius si aderit dolor in renibus fixus qui dolor est causa atractionis materierum ad renes, & licet dolor sit accidens alicuius dispositionis ipse tamen potest esse causa augumentationis eiusdem aut confirmationis: Item quia arenose hipostases possunt peruenire ex adustione materierum in uenis ex parte causę adurentis caliditatis, & materiei generationis earum in uenis igitur ardor urine potest prouenire ab arenis expulsis à uenis per renes quæ sui asperitate dolorem causant in extremitate pudibundi quando ergo talia reperiuntur in aliquo subiecto si nō dum est genitus lapis erit tamen in uia generationis eiusdem maxime si dispositū erit ad excoriationem, & ulcera quæ magnitudine, & multitudine arenarum facile consequi possunt: Atque hæc in posterum minantur accidentia ualde seua, & satis difficilia, & uerenda nocumenta maxime,

propter diuturnitatem quando satis prolixe tem pore durauerint ideo est, hæc egritudo uerenda multum propter ipsius maneriem est, enim de il lis quæ non solent bene curari cum sit egritudo cō plicata, & ut plurimum continue affligens ipsa enim fere nullam solet habere interpellationem unde ad nocumenti fixionem tantam producitur patiens quòd neque incedendo neque quiescendo euacuatur ab ardore in locis prædictis: Quare non est, mirabile si exardore incidit in excoriatio nem ueßice, & ulcera eius, & concludendum est, quòd hæc egritudo sæpe fit permutādo ex aliis egritudinibus in ipsam aut ab humoribus delatis ad uias urinæ ab aliis membris itaque in cura suf ficit cognoscere ulcera, & excoriationē peruenis se ab aliquo membro quòd ratione suæ acuitatis, aut caliditatis materieuel corrosionis prædicta ef ficiebant: quod etiam alio fundamento euidentio ri potest declarari hoc modo, si patiens erit cali de cōplexionis à generatione sua aut quia augu- mentum caliditatis, & acuitatis in humoribus suis multum, & potenter superuenit ex regimi- nis calefactiui usu, aut in quāto aut in quali quia uinis fumosis aut potentibus, cibis aromaticis uti solitus est, & si passus fuerit egritudines acutas à materiacolericca calida acuta ut febres acutas quæ omnia consueuerunt transmutatione cretica ad uias urine effundi secunda 4. cap. de signis per mutationis materierum ad uias urine quare ut

plurimum ex ardore urine deuenitur ad excoria tionem, & ulcera ex permutatione aliarum egri tudinū aut ab humoribus aliunde delatis aut pro pter nocumentum essentiale ueßicæ ut dictum est, quare clare patet quòd cum incipiendo cum permutando ex aliis morbis hæc mala dispositio fieri potest per colligãtiam eius ad alia membra: sed in his paßionib. uidentur magis affligi patien tes tempore hiemis quam tempore estatis? Cum oppositum esse deberet quia tempore hiemis materie non ita frequenter corrumpuntur, & inesta te ratione caliditatis cicius permutantur res, ut experientia uidetur. Ad hoc ita respõdetur quòd caliditas fortior est in profundis partibus corpo ris tempore hiemis quam tēpore estatis ideo propter hoc acutiores redduntur materie quoniam fortitudo caloris per unionē naturalis caloris red dit uirtutem fortiorem resistit autem magis fortis uirtus quam debilis accidentibus causis egrotare facientibus, ideo fortiores patiuntur dolores tempore hiemis quam in estate, & sunt isti sermo nes clausi in sententia hipocratis sermone illo uen tres hieme, & uere natura callidißimi pro quo sciendum quod ulcera renum, & ueßice consimiles habent canones unde Auicenna non distinxit capita fiunt autem utraque alapide excoriãte aut ab humore acuto salso aut uiscoso adherente qui magna difficultate separatur, & in cuius sepa ratione secum trahit de substantia mēbri possūt

ad huc fieri ulcera a sanie ab epate ad renes tran smissa ut plurimū enim humor acutus aut sanies ab epate aut lapis ulcera causat, & quādo ardor causatur ab ulceribus renum, & ab effusione ma teriērū a renibus propter ulcera in eis existētia quæ licet conuenientiam habeant cum ulceribus ueßicæ ex parte causarum efficientium illa, & ex parte cure differunt tamen in aliquibus ut in fra patebit, & cause uniuersales ulcerum renum & ueßicæ eædem sunt quæ ad tria genera causarū reducuntur prima est eruptio adubellati idest a- postematis iam in saniem conuersi secunda est con uersio uulneris in ulcera per generationem puris in ipsum tertia est eruptio pustularum per inie- ctionē corrosiue materie in eisdem inuente secun- da primi doct. 2. cap. 17. & præter has causas a- lie reperiuntur ulcerū cause in renibus aut in ues sica, & uritidibus a sapientibus aßignate quarū prima est descensio lapillorum per uias prædicto rum membrorum quoniam uie sunt stricte, & an guste & lapilli tales habent eminentias acutas à quibus fit solutio continui propter asperitatē, quā habent exquo apparet, quod talis transitus lapil lorum non est imediate causa ulceris sed solutio- nis continui deinde uulneris, tertio ulceris lapis enim causat ardorem urinæ sed cum iam genitus est tunc minguntur urinæ tenuißime eo quia uiæ iam clausæ sunt, & sola cribratur aquositas uri nalis. Signa uero ostendentia ulcera uessice sunt

tri-

tristis sensatio, punctionis ardor uel mordicatio in collo uesficæ et in peritoneon aut emisfio sanguinis, & puris simul con urina & sanguis quidē emittitur tempore quo fit eruptio aut ulcerū ampliatio aut distractio partium, puris uero quādo ulcera stant: Aliud signum est fetor in urina quoniā sanies à calore præter naturali genita est. Aliud signum est grauitas, & dolor uersus anchas & circa partes lumbares quoniam iis uessica sustentatur. Vlcera uero renum et uessicæ conueniunt in multis primo quia utraque concomitatur mittus sanguinis & puris secūdo quia utraq; concomitatur dolor grauatiuus & mordicatiuus. Tertio conueniunt ex causis dolorū effectiuis quæ possunt esse communes utrisque. Differunt in multis primo ex parte mittus, nam ulcera renum concomitatur facilitas urinæ eo quia renum officium non est ad urinam expellendā sed ad perficiendā solum, ut in pluribus quoniam sæpe lapilli claudunt uias colatorii paniculi renum per quos aquositas urinalis per uritides descēdit ad uessicā. Vlcera uero uessicæ necessario concomitatur difficultas urinæ pp impedimentum clausionis, uel pp impotentiam applicationis colli uessicæ ad ipsam expellendam, aut difficultas detinendi ipsam: Quoniam propter ulcera collum uessicæ mollificatur unde causatur difficultas expellendi eam. differunt etiam ratione puris: quoniam pus quòd exit à uessica grossum est & subsidet in urina,

& maior percipitur fetor ab eoquã illo ꝙ à renibus exit item quia sanies à renibus in albedinem tendit nec subsidet. Amplius differunt ex parte doloris nam in renibus ꝑcipitur apud Ilia in uesica uero in pectine et subosseo, & dolor qui à renibus est acutus pungitiuus & intensus notabiliter non tamen adeo ut is dolor qui à uesica est, quoniam est membrum neruosum ideo sensatio intẽsiue maior est, quam illa quæ renum: Vlcera præterea renũ concomitatur lassitudo totius corporis, & impotentia ad motum progressiuum ratio quia in nocumento renum materia uel mala complexio concomitatur à multis partibus propter neruos, ortos à nuca & talia accidentia si cõcomitantur ulcera uesicæ maxime apparẽt in partibus inferioribus, iterum ulcera renum sequitur stupor in eo pede correspondẽte dolori uel dormitatio cum frigiditate percepta in pede correspondente reni patienti, quòd accidens ulceribus uesicæ non conuenit et hoc fit propter colligantiam cum renibus & de his satis ne tedio afficiam animos legentium allegationibus auctorũ quòd plurimis modernorum contingit propter raritatem exercicii in uoluminibus sapientum nõ propter ueritatem iam cognitam: Sed quia propter ulcera renum & uesice contingit ut dictum est mictus sanguinis puri aut impuri de eo etiam oportet aliquantisper dilatare sermonem est .n. accidens copulatum superioribus satis uerendum

& patienti profecto pie condolendum est propter uaria tormēta ex ualetudine qua angustiose multum, & labori ose patiens talia torquetur: sanguinis enim puri aut impuri emissio per urinam propter ulcera cum ingenti fit ardore & stillicidio urinæ: quæ dispositio apud quecunque sublimis intelligentie utrum non solum uerenda est sed male terminationis in pluribus effectiua quis .n. credere potest partes humani corporis essentiales corrumpi sine magno periculo? Quòd enim sanguis et alie materie humorales uertātur in saniē non nisi ab extraneo calore uehementis incensionis fieri potest quomodo etiam in uenis, & arteriis in simplicibus, & organicis membris fieri tanta potest putrefactio absque compositionis, & complexionis earum corruptione non est intelligibile quilibet ergo uereri debet si ei offertur patiens cuius partes humani corporis dissoluuntur, & tantis cruciatibus uexatur, imo quo magis tēperature robustior quis fuerit eo magis deuicta à morbo natura illius iudicanda est, huius ergo accidentis signa reddenda sunt antequam ad curā accedamus. Mittus igitur sanguinis non puri multipliciter fieri contingit aut enim est, egritudo in membris urinalibus eueniens per essentiam, aut per colligantiam totius uel partis si autem per colligātiam à toto cadentē tunc erit uelut contingit in sinocha putredinali & in aliis cōtinuis proportionalibus febribus aut euenit propter mate-

riam in concauitate uenarum cōgelatam quæ diu remanēs ibi non recta à calore naturali putrefit & uertitur in saniem eo modo quo contigit etiam in flegmone & aliis apostematibus putrefactis putredine quæ in uasis est similis illi quæ est in bubonibus primo de differentiis feb. Cap. secundo cū igitur hæc materie fere in saniem cōuerse fuerint in uenis & arteriis si uirtus non est potens ad expellendum eas tunc comunicate cordi, & aliis principalibus membris interficiunt uelut contigit in putridis febribus consimilis mors ut in statu uniuersali. At uero si uirtus potens inuenitur ad has materias expellendas tunc aut fit per uiam sputi aut per fluxum uentris aut per creticam transmutationem ad inguina, & ascellares partes expellitur: Secundum quòd contingit eas uiis expulsionum esse propinquis plurimas tamen cōtingit materias istas per uias urine expelli prout dictum est, quia uirtus deriuat eas per uenas ramificatas à concaua magna ad renes, & a renibus ad ueßicam, & ab eadem ad extra: Quòd autem tales materie creticæ trāsmutari possint ad loca prædicte legendum est, pulcherrime interiorum in cap. 3. & alibi ideo mictum sanguinis nou puri non est, inconueniens potuisse prouenire per colligantiam totius aut partialē mēbrorum ad uias urinæ quòd apparet manifeste ex primaria, & effectiua causa ab epate eo quòd epar est membrum organicum principium generationis

urinæ, & omnium aliorum humorum cum hoc, etiã possumus dicere quòd a partibus renum prouenit eo quia sunt membra epati seruientia seruitute latoria ad emundandum corpus ab aquositate urinali: postquam enim aquositas in epate sequestrata, est ab aliis quatuor humoribus emittitur, & ad huc depuratur aliqualiter in emulgentibus uenis quæ iterum non habuerunt potentiam adeo perfecte mundificandi aquositatem illã ab untuositate aliquãta postquam ergo defertur ad renes quam ipsi attrahunt, & retinent donec & quousque attractiua, & retentiua earum sugat pinguedinem illam qua uoluptuose nutriuntur, & cum renes compleuerint hanc actionem, in illa aquositate, tunc talis aquositas eo modo quo facta erit superfluitas per colatorium paniculum fertur ad uritides poros qui, ita seruiũt renibus seruitute latoria comuniter dicta sicut ipsi renes seruiunt epati seruitute latoria proprie dicta, ut prima primi cap. de membris: Recipitur ergo aquositas in uessicam quæ est membrum aquositati superflue deputatũ ad recipiẽdum eam retinendum, & ad expellendum eam oportuno tempore. s. quando talis aquositas multitudine sui mala qualitate aut altero modo lesionis uessicæ incitat ipsam ad suiipsius expulsionem tunc ergo quis erit negare potens conuenienter saniem incitare uirtutem expulsiuam uessicæ ad sui expulsionem cum sit acuta ualde sanies enim fit ex incẽ

sione

sione humorum quẽadmodum cinis ex incensione lignorum ut in aphorismo nono circa generatio-nẽ saniei sanguinis igitur nõ puri mictus aut erit à toto corpore aut à membris supra uessicam aut à corpore ueßicæ exemplum primi ut contingit in crisibus egritudinum sanguinearum aut quia aliqua solita euacuatio educens à toto corpore re tinetur ut in menstruis superflue retentis euenit aut fluxu sanguinis hemoroidalis uel nariũ aut quia abscisio alicuius membri fuit fatta per quã materia solita nutrire membrum illud detinetur: Item quandoque contingit sanguinem cretice trã smutari ad membra urinæ, ut in apostematibus pectoris renum, & aliarum uiarum urinæ, & tũc erit mictus sang. ex partiali colligantia qui di uersis modis denominari debet secũdũ diuersitatẽ mẽbrorum à quibus contingit: fit etiã mictus san guinis ꝑ essentiã à ueßica ꝑꝑ debilitatẽ ipsius trã smutare debentis sanguinem in sui nutrimentum aut ex debilitate contentiue et fortitudine ex-pulsiue aut fit acuitate sanguinis aut eius subtili-tate, & in summa omnis mictus sanguinis aut ex multitudine aut ex qualitate sanguinis fit quia aquosus subtilis acutus aut quia orificia uenarũ rara effecta sunt, & debilitata contentiua forti ficata est expulsiua: Signa mictus sanguinis cre tici cognoscũtur ꝑ egritudines præcedentes, & per earũ reuolutionẽ creticã quadraturis dierũ enu meratis ut secundo pronosti. coligi potest: quando

aũt

fit mictus sāguinis aretēta solita euacuatione aut à mutilato mēbro facile per inquisitionem cognosci potest si uero contingit mitus sanguinis p colligantiā membrorū cognoscitur p egritudines in illis et p reuolutionem creticā ipsarū nunquā .n. nisi rarissime sinthomatice accidit mictus sanguinis multus nisi in quadraturis dierū pquas crises enumerantur si aūt contingit mictus sanguinis ab epate ab emulgentibus uel renibus à sapientibus, Ita distinguitur aut .n. mictus sanguinis lotiuus erit qui est simillimus prime loture carnis cū multa untuositate, et hic omnino prouenit a debilitate digestiue epatis uenar ūemulgentium renū qui fit ex lapsu talium membrorū qđ contingit p lapsum ad frigidum, & humidū: Aliquādo prouenit mictus sanguinis à multitudine eius propulsi auenis cuius signa sunt quia sanguis emittitur sincerus multus mundus sine dolore : Colore opacus cum superfluitatibus filosis capillaribus : Si autē ab arterijs emittitur erit rubicundus calidus spumosus aliqualiter: si aūt prouenit à uenis epatis signa sunt eadē cum prædictis similiter si ab emulgentibus si aūt à renibus prouenit et ab earum soluta continuitate tunc sanguis erit paucus qui comiscetur humoribus grossis, et capillaribus filis diuersis : si autem a poris uritidibus sanguis erit ualde paucus capillaribus filis albis comistis, & in summa a quacunque predictarum partium prouenit sāguis erit cum urinali aquositate fortiter

co-

comißus eo quia quãto longiori tempore sanguis cum urina per angustas uias effluit tanto fortiori comisione utrunque miscetur ut ij tertij cap. finali. Si autem sanguis prouenit à ueßica tunc erit modicus, & subalbedini uicinior quoniam ueßica membrum est exangue, & coagulatus in frustula emittitur et cum tepescit urina omnino sequestratur in fundo, & residet, et arenulis multis expellitur, & ille qui arenibus exit fortiori comißione cum urina fit quam ille qui a ueßica quoniam humidum fluxibile terreo comistum, si spacium longũ describit descensu suo: fortiori comistione cum eo miscetur quam si paruum spaciũ fluendo describat: sed exitus uiarum urinæ maior est a renibus quam à collo ueßicæ igitur sanguis a renibus maiori comistione fit cũ urina quã sanguis a ueßica descendẽs, & ex hoc apparet quãtum medicum oportet esse speculatorem. Mistio enim uritidum media est, interea quæ a renibus et à ueßica ideo sanguis à uessica subsidet in urina qui uero ab altioribus exit partibus nequaquam subsidet: prouenit etiam mictus sanguinis à potu cantharidarum in quibus est, uirtus excoriatiua, & positiua acuitatis magne in aquosita te urinali, & consimilibus etiã in medicina repertis potest prouenire mictus sanguinis. Nunc ergo sic istis enarratis ad curam earum dispositionum deo Duce accedendum est particulariter.

CAPVT SECVNDVM DE CVRAtione in uniuersali earum dispositionum.

QVO uero ad curam uniuersaliter attinet uidetur ex sententia omnium medicorum quod non est possibile aliquam egritudinem humani corporis conuenienter curari nisi præcedat ipsius cognitio per causas et signa. Ideo necesse fuit causam generationis enarasse effectiuam antequam instrumenta curationis exibeantur: non enim recte curatur egritudo nisi cognita: cognoscitur autem per causas essentiales, & eius signa quare magno ingenio & fundamento inuestigande sunt ideo oportuit in his extendisse sermonem, raro enim inuenitur in sententiis ueterum quantūcunque illustriū aliquod bene declaratum nisi per supradicta, & hoc ratione euidenti ita ostenditur: Cum enim ardor urinæ est, tunc oportet exquisite considirare an per essentiam in uessica sit an per colligantiam aliorum membrorum ad uias urinales contigit fieri, & ita procedere uariis ingeniis curationis secundum quòd contingit uaria esse mēbra a quibus, per urinales uias cretice diuertitur materia illa ut si a capite aut apectore, aut asplene sed frequenter ab epate, & adbuc frequentius arenibus acuta materia saniosa ad uias urine defertur ideo oportet uariam esse

se

se curam secundum diuersitatem membrorum ef fundentium materias ad uias urinales, siquidem magna est differentia inter curationem unius isto rum ab altero applicatione scilicet specialium in strumentorum: In cura ergo Prima erit inten tio istorum membrorum in quibus materia illa ra dicatur: Euidentissimū ergo est quòd cause cuius libet egritudinis enarrande sunt si phisice, & ra tionabiliter procedere debemus: Quare non erit inutile super hoc aliquantisper dilatare sermonē ut ueritas magis elucescat ideo dico quòd in egri tudinibus à sua causa dependentibus in esse, & conseruari confert et necessaria est cognitio, & inuentio causarum medico speculanti & curanti egritudines a sua causa depeudentes, siue fuerint primitiue aut antecedentes sophista contradicen do dicit quod hoc mihi uidetur falsissimum siqui dem in quartanis et ethicis febribus non conside ratur causa effectiua harum egritudinum sed tan tum id quod presens est attenditur: philosophus respondet quod id quòd dictū est uerissimum est, ut omnes medicine scriptores asserunt bene tamē uerum est quòd habetur magna differentia quan do egritudines sunt confirmate aut sunt ad huc in fieri & in esse produci, & sic dicimus quod in con firmatis egritudinibus quæ ad statū suum termi nauerunt non est magna cura considerationis, & inuentionis causarum quoniam uidetur implicare & includere contradictionem egritudinem à sua

causa

causa fieri & conseruari, & iam factam esse, ideo egritudines quæ terminauerunt ad statum suum maxime ad mediũ nullam habent causam productiuã quoniam non starent igitur in his egritudinibus nõ uidetur necessarium esse inuestigare an egritudo fuerit causata à ueneno uel a materia uenenosa aut à medicina producta: Sed si cum sequela egritudinis medico conferret cognitio causę ad uenena propter curationem egritudinis & inuentionem eius hoc uideretur contingere propter alterum trium effectuũ aut aliorum reducibilium ad istos quorum primus est, quia uenenosa medicina uel uenenum in corpus reliquit uestigium qualitati primarum et secundarum scilicet caliditatem frig. humid. aut siccitatẽ simplices aut compositas aut sequentia ad istas scilicet apertionem imoderatam constipationem cppilationem ulcera punciones & similia: Secundus uero effectus est, ut à ueneno uel à medicina uenenosa remanserit in corpus impreßio qualitatum accutarũ per quas uenena dicta proprie interimunt substantiam nostram nunc calefaciendo nunc infrigidando aut aliter manifeste qualificando corpus, & solum occulta qualitas ueneni contraria spiritui, & cordi: hoc facit contrariando, Aut uere & tertio quia uenenosę medicine simul acculta qualitate & manifesta alterando corrupunt corpus humanum ut fungi tubera mala: scorpio iusquiamus infrigidando occidunt Napellus uero & mexcreon magnum, & arsenicum calefaciendo & exiccando: lapis uero ada

mas fluxu excoriatiuum inducendo cantarides uero urinales uias ulcerando & sic de aliis. Mirabile tamen est, quòd à tempore magne prolixitatis usque adeo mansisset impreßio per qualitates primas aut secundas dependentes à medicina uenenosa per qualitates hoc efficientes, quoniam medicina illa uenenosa si diu antea præassumpta fuerit non potuisset longo tempore in humano corpore conseruari quin passa à caliditate ipsius corporis fuisset corrupta: Ergo qualitates eius quæ sunt accidentia, non potuissent conseruari in corpore sine subiecto, quoniã accidentis esse est inesse subiecto: Sed subiectum est, curruptum igitur, & qualitates quæ erant accidentia eius corrupte sunt, & hæc est, scientia uera huius rei: sophista contrariando dicit quod medicinæ uenenosæ produxerunt caliditatem, aut frigid. uel excoriationem quæ potentia in membris remanserunt impresse conseruate usque ad hæc tempora quare uidetur, quòd cognitio causarum quæ produxerunt effectum uel effectus omnino sit necessaria ad cognitionem, & scientiam & curationem egritudinum philosophus ad hoc motiuum dicit negando consequentiam: manifesta enim qualitas calida aut frigida produxerunt ulcus et excoriationem qui sunt effectus in membris inuenti qui licet prouenerint à medicina uenenosa non peruenerunt ab ipsa inquantum uenenosa sed in quantum calida aut frigida qui etiam effectus cum iam sint facti uel in esse producti totaliter non uidentur habere cau-

sam conseruatiuam sed quæ fuerit eorum productiua: Ad formam igitur argumenti distinguendum est de maiori ut dictum est, quoniam ille medicine ut calide produxerunt effectum, & non ut uenenose: Et ad minorem argumenti dicitur quòd dispositiones tales cum sint frigide uidentur in membris conseruari ab earum formalitate cum sint iam fixe forma igitur membrorũ neq; tẽperamentũ concurrit ad conseruationẽ illarum dispositionũ præter naturã imo omnino resistit eis quare non necessariũ ẽ inuestigare causarũ primarũ uarietatem et potentiã siue fuerint uenena siue medicine uenenose nisi inquantum calide igitur si cause primitiue nõ sunt considerande cause tamen primarũ aut secũdarum qualitatum maxime sunt considerande siue illarum effectus, & sunt sermones illi qui clauduntur in speculationibus Gale. 4. de ingenio sanitatis ubi dicit, quod nullum primitiuum significationem curationis ostendit et hoc inquãtum ad egritudines factas, & in esse productas ad statum suum licet prius ab agẽte primitiuo fuerint producte ex quo fundamento correllarie concluditur quod uana est opinio credentium curare egritudinem, & perfici in scientia ipsius per considerationem uenenorum & sibi similium nisi inquantum tales scilicet calide aut frig. et hi sermones sunt phisici rationales causa ergo coniuncta morbo semper est consideranda. Atque hæc sunt quæ dicenda erant, de cura harum dispositionum in uniuersali Nunc uero de eis etiam in

particulari curationem unius cuiusque deo Duce, Apponemus.

CAPVT TERTIVM DE CVRA Particulari Dispositionum.

QVo uero ad curam particulariter actinet: Ad clariorem doctrinā ponatur nobis casus mulieris cuiusdam patientis complicatam dispositionem ex uariis accidentibus scilicet ardore urine ingenti: stilicidio, & mictu sanguinis non puri: sitq, fortis temperature etatis consistentie: Sed annorū computatione in prima parte senij: Complexione sanguinea et flegmatica naturaliter ratione sexus magis quam colericalicet ex acquisitione accidentaliter colerica, quæ sit etiam satis boni regiminis nec solita ualde effrenitanter excedere in regimine sex rerum non naturaliter hæc cronica materiali egritudine curanda nobis ponatur uexari, quæ licet in principio fixa non remanent ut solet in multis ad magis affligendum reuolui, ut clauditur in sententia summi Hippocratis aphorismo illo uere quidem manie & epilepsie in cura ergo particularium medicamentorum applicandorū considerandum primo est, si Ardor urinæ erit per essentiam in ueßica, & proprie in collo pudibundi aut per colligantiam à toto cadentem aut à particulari membro: Si autem Ardor ratione totius fuerit tunc triplici intentione prouidetur primo diuersione materierum quæ multiplici

tiplici

tipliciter acquiritur per euacuationem illius materie ad alias uias materia enim subtilis nunquam detineri debet ad superiora ergo mobilis diuertenda est, ut per fluxum sanguinis narium in quibus sanguis est subtilis, sed in quibus est grossus ad inferiora per hemoroidas uentosando eas aut cū corniolis aut fricatione in uiro procuranda: Sed in muliere fiat apertio mēstruorum, diuertitur etiam materia clisteribus attrahentibus à concauitate uenarum ꝑ meseraicas ad intestina: aut diuertitur materia per sudorem, per medicamēta uero solutiua minime laudatur: Sed comode diuertitur materia per uomitum et est remedium sublime maxime si materia nauseā & abominationem & subuersionem intendit secunda uero intentio est rectificatio regiminis & sedatio acuitatis materiei quæ completur cum refrāgentibus acuitatem illarum materierum alienando à cibis et potibus omnia genera rerum acutarum ideo maxime laudatur siruppus de papauere, Violarum de nenupha: Cum aquis sublimatis alteæ lattucæ uiol. portulace sem. comuniū frigidorū, & aliis multis. Tertia intentio erit mundificatio quæ optime fit cū aqua liqueritie aut sublimation. foliorum alteæ malue fenugreci aut ireos & sebesten multum confert & similia: Si autem ardor urinæ prouenit a pettore capite uel splene tunc oportet exquisite considerare & uariis procedere ingeniis, & instrumentis ad curationem secundum quod uaria sunt instrumenta effundentia materias ad uias urinales & de

dictis eadem cura ponitur quoniã non est magna dif ferentia inter curationẽ unius istorum ab altero mẽ bro nisi applicatione specialium instrumentorũ cum quib. unũ mẽbrum principaliter respicere debemus magisquã alterũ: cura ergo tũc triplici ad huc inten tione adimpletur primo procuratione mẽbri in quo materia illa radicatur ne amplius in eo generetur & ea quæ genita est debite expellatur: secunda sit intẽtio quæ diuersione adimpletur à uiis urinalibus ad alia loca & ideo oportet cognoscere partes colli- gatas mẽbris à quib fit diuersio & fieri intenditur et ad quas partes distrahere procuratur & oẽs iste intentiones cũ medicinis iam prædittis sufficienter adimpleri poßũt: tertia uerò intẽtio ẽ remotio mate rierũ amẽbris in quib. generatur et uariare oportet digestionẽ et euacuationẽ secũdũ diuersitatẽ mẽbro rũ: quando aũt Ardor prouenit & causatur ex con sũptione carnium glãdosarũ quæ sui humiditate ha bent contẽperare ardorẽ urinæ acquisitũ ab actione caloris, & mistione colere: ipsa .n. humiditas currit sup meatum & glutinosũ cum facit et pmiscendo se urinæ equat eã cũ ergo finitur deficit uiæ urinæ glu tinatio et equatio unde accidit necessario Ardor pro cuius cura uitãde sunt sex res nõ naturales quæ corpus exiccare possunt secundũ substantiã et quali tatẽ iõ adhibẽda sũt humectãtia cibaria & medici nalia ut clisteria ex lacte albumine ouorũ mucilagi ne psilij et regimẽ debet esse restauratiuũ & impin guatiuũ & de optimis quæ inueniũtur est mucilago alteæ albumin oui recẽtis cũ lacte mulieris, ut 19.

tertij tractatu secũdo cap.tertio: Si aũt ardor urinæ causatur ab effusione materierũ ad uias urinales ab epate ut frequẽter euenit à materiebus saniatis in gibbo epatis ad uias urinæ expulsis: Tunc cura erit de ulcerib. epatis deinde de ulcerib. in uiis urinæ primo igitur mũdificetur epar a sanie secũdo diuertatur materia ad aliã partẽ deinde fiat incarnatio et consolidatio ulcerũ primo ergo epar mũdificãdum ẽ quoniã retẽtio saniei sẽper ẽ suspecta cũ ex lõga retentione saniei pp acuitatẽ quã habet ulcerat profũdas partes epatis et uenarũ & fit in curabile uulnus ut 6. apho. uessica incisa est At si ulcus recẽs ẽ nec profundũ curã recipere põt ut cũ aqua mellis cui aliqđ uini albi subtilis admisceri põt in prædicta mulsa decotti aut cũ uiolis aut cũ semine malue et si lenitiuũ satis efficere uelis cũ seminæ alteæ aut aqua destillata ex altea cũ modico radicis ireos recentis & simul decocti aut aqua ordei aut aqua lattis cũ semine comuniũ frigid. diuersio uero maxime fit ad intestina p colligantiã uiciniorẽ et hoc cum medulla caß. fistule cum aqua decoctionis sem. alteæ et si uis magis sedare dolorẽ fiat cũ unc. iij. aquæ mellis et croci scrop. semis aut cũ emulsione sem. papa. albi. et aliter diuerti põt materia cũ uomitu qui maxime cõfert ulceribus renũ et uessice ut Auicen. et alii. alia sit intẽtio regenerandi carnẽ et alia debent esse coagulãtia et conuertentia temperamentum sanguinis in carnem ut aqua arnoglosse cum hidromelle aut radicum penthaphilõ et cẽtaurea minor ex quib. cum melle possunt fieri electuaria cõfectiones et similia Res uero

carnantes sunt medicine omnes quæ sua glutinosi-
tate conglutinant labia ulcerum ut aristologia rotū
da & resina pini in puluerē aut in pillulas aut cor
tex arboris pini aut hiera simplex Gal. ut 7. tera-
peutice de cura pleuritidis cum hidromelle: Si aūt
Ardor causatur ab ulceribus renum qui propter de
scensum lapillorum fieri solet ex illorum asperitate
propter eminentias quas habent, ulcerationem cau
sare solent transeundo per angustas uias: Tunc ergo
cura sit leui medicina euacuando materiam et comi
scenda medicinis diuretica sunt & subtiliatiua ut fa
ciant penetrare ad ulcera medicinas rectificantes,
& sigillantes licet medicinæ aperitiue & dilatatiue
noceant agitando ideo necesse est, ut comisecantur
eis narcotica secunda intentio est diuertere materiā
tertia ulcerum mundificatio, & in carnatio prima
completur cum medulla caßie fistule cum aqua or-
dei aut cum unc. una meza diaprunis lenitiui aut fle
botomia aut uomitu aut emulsione sem. Comunium
aut cum decoctione liqueritie in qua est exiccatio,
& conglutinatio, & mundificatio aut aqua mellis
cum decoctione sem. comuniū frigid. aut alteæ si aūt
materia subtilis nauseatiua erit, & si materia ma-
gno impetu ad stomacum fluit uomitu est prouocan
da: At si materia non repit ad stomacū tūc fleboto
mia est, euacuanda sophista uero contradicit quòd
tales materiæ non uidentur conuenienter per uomi
tum posse euacuari eo quia sunt elongate à uia ista
item quia tales materie sunt graues et resistunt ascē

sui

ui quare per uomitum ista materia nō apte euacua
tur philosophus Respondet prout dictum supra est ꝙ
nil præstantius neque melius remedium adhiberi po
test uomitu quo ulcera renum curantur siquidem
mundificat euacuat et diuertit et propter hoc attra
hit humores à contrario partis renum itaque quan
doq; excusat ab alio remedio ut Auicēna sed primo
danda sunt diuretica deinde post septem horas fiat
uomitus pariter conueniunt abstergentia mundificā
tia sine mordicatione & exiccantia consolidantia
ut antimonium prout infra ostendetur aperte quo-
niam omnes complentur in eo intentiones curatiue.
Aut cum aqua ordei cum zuccaro rubeo competit
etiam flebotomia maxime si hæc ulcera ex nimia ca
liditate epatis fuerint causata propter colligantiam
quam habet cum renibus, & intestinis epar . At si
cum sanguine fuerit alius humor mistus digeras &
euacues cū infusione reubarbari quòd maxime tunc
conferret ubi notandum quòd si mala complexio e-
patis fuerit antiqua aut naturalis & suspicatur ꝙ
ex diuturnitate antiqua caloris , subtile sit resolutū
& secundum partem ingrossatum & ideo dubitatur
de futura oppilatione debent calida aperitiua comi
sceri frigidis & quòd dicitur de mala complexione
materiali idem dicitur de imateriali quoniam ex di
uturnitate temporis complexio debilitatur quare
sola administratione infrigidantium timendum est ,
ne corrumpatur et grossum magis induraretur: Vir
tamen scientia & opere tritus diligenter scit con-
frin-

fringere et potest medicamina frigida et hu.cum calidis et siccis admiscere et ducere ea ad medium per quæ diligenter corrigere pōt lapsum frigidum cum calefacientibus & siccum cum humectantibus potētia discretiua applicabit conuenienter singula contraria sibi oppositis contrariis et hæc est rei ueritas et una causarum pp quā compositas reperiri medicinas necesse fuit sileant ergo detractores ueritatis quoniā sicut unde conantes : se. frangere frangunt. Secunda intentio est diuersio materie quæ pluribus ingeniis à sapiētibus fieri collaudatur ut flebotomia uomitu et aliis postea ulcera sunt consolidāda cum cauda equina centaurea minori gumi arab. amilo sarcocola nutrita et cum thure & aliis similibus pilule ēt ex equali pondere mumie & dragaganti cōferunt : quando uero ardor alapide causatur: cura tunc ē cōminuere lapidem cum lapide spongie aut cum lapide iudaico de quo pluries experientiam habuimus cum salute egri lapidem uero spongie Galennus non credit conferre lapidi uesicæ sed lapidi renum. Auicenna tamen 18. tertij cap. ultimo collaudat multum ad cominuendum lapidem uesicæ et ēt ante dictam caudam tremulam combustam et in cinerem redattam cuius puluis exiberi potest, Aut sanguis hirei paratus prout optimus serapio asserit aut elettuariū iustinum aut saxifragia aut medicamē almansoris de cura lapidis et multa similia : Cura uero Ardoris ab ulceribus uesicæ similis est cure ardoris ab ulceribus renum in quibus prima in
tentio

tentio est mudificare ut cum aqua ordei non excorticati cum zuccaro rubeo aut cum radice liqueritie aut cum seminæ citoniorum aut malue aut alteæaut cum pulpa cassie fistule cum decoctione prunorum tamarindorum sebestem uiolarum. Secunda intententio est sedatio doloris, & accidentium quod fit cum iniectione lactis ouini per siringam aut asinini aut mulieris cũ albumine oui aut emulsione sem. papaueris albi aut lactis quibus admisce parum croci aut uitelli oui tertia intentio est consolidare, et incarnare; & ille eædem medicinæ possunt utrunque efficere ut supra iam dictum est, dragagantum gummi arab. torrefactum conglutinat, & incarnat lutum armenum terra sigillata sang. draconis hipochistidos si misceretur cum succo caude equine exquibus debent fieri trocisci ex quibus frequenter uti potest patiens cum aqua prædicta et in his nolo amplius extendere sermonem sed subcinte procedere quoniam intentio mea non est, nisi ostendere uerum modum cure absque multiplici applicatione remediorum unde Clarissime patet quemadmodum omnibus notum esse debet quam perperam ab aliquibus huiusmudi ulcera curantur incipientibus à consolidantione ulcerum et non à mundificatione prout anobis dictum est, & omnibus doctis, in doctis luce clarius est: Vlcera non posse curari derelicta materia, & causa faciente ulcus, Ideo necessario oportet ea prius mundificare: Ea propter non omnes qui per urbes pompose incedunt

uere

uere medici appellandi sunt sed potius mendici nomi nandi sunt ex quibus breuiter habetur cura Ardoris urinæ causa per essentiam quam per colligantiã: Vnum tamen non prætermittendum est, quòd regimem debet esse quadripartitum secundum quatuor diuersas reuolutiones anni tẽporũ: sicut. n. alias & alias uidimus dispositiones in aere cõsistentes diuersas secundum diuersitates peregrinationis solis per diuersa signa celestia diuersas impressiones in hunc mundum efficientia ita rationabile est uarias dispositiones in humanis corporibus reperiri in his quatuor temporibus anni, in estate nanque uigorata caliditate continentis calida expensa à centro ad circunferentiam magisquam erat in tempore hiemis dissoluuntur materie humorales & per totum corpus discurrendo acuuntur, in hieme uero congregate & sepulte stãt in prædictis partibus humani corporis propter quòd medicinalia interiora non oportet esse ita eccellenter calida tempore hiemis sicut exteriora in eodem tempore illo ut si quis desideraret resoluere attrahere materias humorales ab humano corpore in tempore hiemis per medicinas exterius applicatas oportet quòd ipse sint potẽtiores, ualde propter clausionem pororum exteriorum: Ille uero quæ administrãtur interius in hieme non debent esse ita eccellenter calide propterea quia caliditas uigorosior est in tempore hiemis in profundis partibus quam existant in uere & estate & hoc habet ueritatem magis in corporibus bene carnosis et

robu-

robustis non in resolutis ualde & debilibus & sunt sermones clausi in sententia summi hippocratis primo aphorismorum uentres hieme et uere natura calidiss. & sic considerando alia tempora secundum consistentias naturales omnino oportet instrumenta medicinalia quæ recte applicantur esse diuersa in naturis complexionibus gradibus earum, & ideo omnia instrumenta in hoc tempore debent esse minoris potentie in calefaciendo aperiendo mundificando quam illa quæ dicta sunt in hieme et uere et hoc idem rationi & ueritati consonum est licet enim caliditas in inferioribus corporis interior sit potentior quæ reperitur in hieme quam in uere & iterum uere magisquam in estate, quia tamen caliditas in toto humano corpore tam interius quam exterius agregata ex naturali & accidentali prouenientе ab impressione continentis intensiue maior in estate quam in duobus præcedentibus temporib: anni ut sensus ostendit ideo instrumenta, & medicinalia quæ corporibus administramus tempore estatis non debent esse ita intensiue calefactiua corporũ propterea quia caliditas à talibus medicinis augumentata maiorem efficeret debilitatem corporibus humanis iam resolutis magis in estate quam in aliis temporibus pro cuius intelligentia premittendum, quòd omnia remedia quæ scripta sunt conuenire in estate iterum conuenire possunt in prima parte autũni maiorem tamen quantitatem accipiẽdo de eis quæ interius assumuntur & causa horum sermonũ

notis-

notissima est: multum enim communicant ultima pars estatis cum prima parte autumni et econuerso propterea quia sicut corpora in fine estatis sunt minus calida minus rara minus sicca cum paritate causarum quam fuerint in prima parte estatis, ita consimiliter magnam conuenientiam habent secundum maiorē sui partem ultima pars estatis ad primam partem autūni pp ꝙ remedia predicta in estatis fine magnā habebunt conuenientiā in prima parte autunni et ad huc iterum sicut corpora in fine autunni inueniuntur minus calida conuenientiam habebunt cum prima parte hiemis atq; ita consequenter de ceteris tēporibus dicendum et dieta ordinanda ē: prosequendo ergo intētum dicimus ꝙ cura triplici intentione adimpletur si fuerit mēbrū mādans materias ad uias urinales prima sit repulsio seu diuersio materierum auiis urinalibus quæ ad has multū inclinari solent pp propinquitatē earū secūda sit mundificatio materie emanātis à canalis uirge tertia sit repreßio acuitatis materierum in membris illis in quibus materia illa generatur: fragunt.n. acuitatē urine balneationes: Sed prima intentio multipliciter adimpleri potest .s. per diuersionem per euacationem illius materiei ad alias uias faciendā quoniā tales materie nunquā intercipi aut detineri debent iuxta sententiam hippocr: primo aphor. 20. ea quorum crisis fit aut facta est conetur ergo medicus sumopere materiam acutam subtilem ad superiora mobilem diuertere prouocando fluxum sanguinis

guinis nariũ secundo in hominibus in quibus abundat sanguis melancolicus aperiantur hemoroide at in muliere etate et tempore conuenienti fiat apertio menstruorum quòd si mulier talia patiens erit: prout supra dictum est in prima parte senij ratione tamen temparature, consistentie etatis tunc non computationem annorum inspicere debemus sed optime complexioni in nixi sanguineam mulierem audacter phlebotomare debemus & nullo pacto intelligenda sunt uerba malignantium: Tertio potest diuerti materia prouocando sudorẽ post septem horas ab aßũpto cibo quarto põt diuerti materia pdisteria attrahentia a cauitate uenarum per meseraicas uenas ad intestina: sublime etiam potest diuerti materia per uomitum et omnes isti modi sunt ultimi ad diuertendum: diuersio uero quæ fit per medicinas solutiuas ebibitas laudare non possum eo quia tales faciunt præcipitare materias non solum per uẽtrem sed aliquando per urinales uias et in uoluminibus sapientum usque adeo ad hanc meam etatem nullã legi medicinam solutiuã per uentrem quin ẽt per urinæ uias præcipitare nõ faceret materias et de his satis.

Secundum uero accidens erat frequens mictus qui sæpe accidit ex frigore cuius cura sit calefactio, & exicatio quòd fieri potest cum mitridato aut tiriaca hiera Galenni quæ detur in aurora cum aliqua decoctione respiciente ad accidens: Si autem frequens mictus fit ex contractione psasmosa colli ueßicæ dentur medicinæ aperitiue dila-

ta-

tatiue & lenitiue cum aqua ſublimata radicum al-
teæ aniſi feniculi cap. Ven. & detur allium quod u-
rinam abſciſſam prouocat: ſi autem prouenit à pſaſ
mo colli ueſsicæ cura ſit minoratiua, ſcilicet euacua
tio cum caſsia aut cum manna cum aqua ſublima-
ta alteæ papau. albi aut diaprunis lenitiui cum aqua
uiolarũ aut fiat flebotomia exſaphenaiuxta ſẽtẽtiã
hipp. 7. aphoriſ. diſſuriã è talo inciſa uena ſoluit, itẽ
balnea aquæ dulcis aut cliſteria lenia, aut uomitus
aut euacuatio per hemoroidas et digeratur materia
cum ſyrupo biſantino iuiubarum cum aqua lupulo-
rum alteæ, aut nenupharis de papa: cum aqua or
dei Viol. digeſta materia eradicari poteſt cum iam
dictis aut cum electuario de pſilio et detur cum a-
qua medulle ceraſorum, aut cum reub: ʒ. i. ſemis
pulpe ſebeſtem penid. anna unc. ſemis ſpice gra-
na 5. agarici ſcrop. ij. infundantur omnia per diẽ
naturalem in aqua uiol. emulſione pap. albi anna
unc. ij. deinde bulliant leniter & colentur et detur
colatura in aurora atque hæc ſint breuiter quede
frequentia mictus dicta ſufficiant.

Tertium erat accidens mictus ſanguinis non pu-
ri: qui ſi fuerit ab epate flebotoma epaticam dex-
tram: ſi uero fuerit a uena chili aut à renibus flebo
toma ſaphenam exteriorem, & denique undecunq;
fuerit fluxus ſanguinis ſiue arenibus, aut ab epate
aut à ueßicâ, aut à pulmone pectore ratione fluxus
diuerſione ſanatur ideo omnia quæ conueniunt in
ſputo

ſputo ſanguinis huic applicari poſſunt: Quando ergo mictus ſanguinis prouenit ab epate renibus, & emulgentibus & uritidibus aut ueßica ſit cura eiſdem modis, ut 14. tertii uideri poteſt et emplaſtare pectinem et alchatim cum rebus ſtiticis, & frigidis: Si uero mictus ſanguinis erit à renibus capiat electu arium de ſebeſtem ſetundum Montagnanam in ſero ante cenam in bolo poſt quòd imediate ſumat cibum quo poteſt, uti omni die uel alternis diebus potens enim eſt mundificare conſolidare et remouere dolores et lapides cominuere & frangere acuitatem materiæ huius autem elettuarij, hæc eſt deſcriptio recip. mucilag. ſebeſten decocte unc. iij. zuccari rub. lib. ſemis pulpe hermodattili unc. i. uiol. ℥. ij. diag. ſcrop. ſemis aniſi feniculi liquiritie anna drac. i. incorporentur ſimul & exibeatur ſecundum quòd dictum eſt: membra mundificanda ſunt et confortanda ne recipiant materias fluentes, & ideo ſunt diuertende à uiis illis, Atque hæc ſint pro cura horũ accidentium breuiter ſufficienter dicta eo quoniam probus uir ſcientia callens atque opere tritus cognita per cauſas egritudine ſiue eſſentialiter ſit in aliquo membro ſiue ab alio dependente facile poterit perſe multiplicare et uariare remedia et ea adhibere quæ ſani et experti medici iudicio oportuna cenſeri poterint et cum hæc ex ſententiis ſapientum deprompta ſint irreprehenſibiliter, et regulariter apud recte intelligentes obſeruari debent, quid tibi uidetur o ſenex ſophiſta nonne ſapienter hæc dicta

sunt? sophista ego profecto incipiendo à tuo enarrationis cure inicio dico quòd multum elongaris à proposito in enarrando causas morbi cum in tam mala dispositione præditte mulieris consolidanda statim essent ulcera renum: philosophus iocaris ueneran-de senex Nonne Philosophi tunc sciunt cum causas cognoscunt? Nonne Medici tunc curant egritudinem cum cognoscunt quoniam non curatur nisi cognita et non cognoscitur nisi per causas, Necesse ē ergo eas enarrare alioquin scientifice etregulariter non adhibentur remedia: Sophiste etiam cum arguunt putant se causas cognoscere. Quomodo ergo enarratio causarum à probo uiro denegāda erit? Sophista contradicit quòd pperam est ordo tentare prouocationem menstruorū in quinquaginaria, ut diuertantur materie à uiis urinæ et cum apertio mē struorum non poßit fieri nisi rebus aperitiuis et calidis ulcera uiarum urinæ maiora fierent, et fluxus sāguinis in ulceribus renum cresceret. Philosophus respondet insanis senex Sophista siquidē diuersio in omni destuxu maxime ab omnib. collaudatur, et sē sibus et nostris in multis rebus perspicuū est, & tu in his quæ sensu uisus clara sunt cōtradicere uis? Sed ut magis huius rei ueritas innotescat ita tenendum est quòd mēstruum est naturalis, & consueta purgatio sanguinis in muliere à matrice proueniens sicut sperma ex superfluo eius et menstruorum retētio dupliciter contigit fieri aut .n. naturalis aut nō naturalis est: Naturalis est ex parte senii aut tem

pore

pore impregnationis & hoc non uertit adse curam. Non naturalis ē de qua principaliter est sermo: Si quidem dispositio huius mulieris curande nondū ad senium peruenit pp fortē eius temperaturam adeo quòd menstrua ēt prouocari possunt quoniam temperaturā magis quā numerus annorū computari debet prout clare habetur in Galenno 6. de sanitati tuenda: ubi dicit quòd non est has etatis annorum numero circunscribere queadmodum nonnulli fece runt nisi forte in latitudine quadam: est enim hæc mulier sanguinea fortis, robuste temperiei carnosa pinguis cum bilis ad mistione sed flegmatica ratione sexus cum autem huic suppressa ponantur mēstrua ante statutum tempus exparte uirtutis expellentis debilis facte pp magnam sanguinis & humorum copiam quam mulier prefata multiplicare potest hāc tamen ad locum menstruorum nō propellit natura. Sed existente uirtute restauratiua forti in membris retinetur, & quam relaxat in superfluitatem menstruorum ex longa retentione eorum aliis comiscetur humoribus unde grossa uiscosa necessario fit materia hæc sanguinea ora uenarum coartās aut collum matricis quòd potest esse in causa retentionis menstruorum. Est etiam, & Alia causa obquam non fluunt menstrua quæ forte in prædicta muliere præcipua erit iudicanda, non per essentiam sed per comunicantiam epatis. Cuius uene quæ ad matricem, ueniunt oppilate iudicande,

ſunt quoniam pinguedo zirbi comprimens uias atte nuatoria fit oppilatio: unde ſanguis ad matricem miſſus non inueniens uiã retro receptus calefit et ꝑ alia loca trãſmittitur unde aliquib. per fluxũ uẽtris aut ꝑ fluxũ sãg.nariũ aut ꝑ hemoroidas aut alio mo do adextra mittitur huic ãt mulieri uias urinæ petit ulcerans renes & collum ueſicæ ut ex continuo do lore in alchati et in lumbis quem percipit recte iu- dicari poteſt quib us ſic ſtantibus quando prouocan tur mẽſtru a ſi dubitatur de maiori oppilatione de- bent calida comiſceri frigidis quoniam ex ſola admi niſtratione infrigidantium maior fieret obſtructio, Vir enim ſcientia et opere tritus bene ſcit comiſce- re medicamina,& redducere ad medium: præterea prouocantia mẽſtrua non diriguntur ad uias urinæ uel renum ſed ſunt uiæ diuerſe deferẽtes mẽſtrua ue næ epatis ad matricem , & pori uritides renum de- ferentes urinam ad ueſicam : intelligis ſenex ſophi ſta. Quomodo ergo ſanguinis fluxus augeri poteſt in plagis renum ſi quæ ducunt meſtrua per aliam tran ſeunt uiam eo magis quia in renibus ulcera non per eſſentiã ſunt ſed per colligantiã ab epate tranſmitti tur materia. Si ergo ad alia loca diuertitur maſſa illa menſtruorum ſanguinea quomodo ulceribus renum nocere poterit ? præterea à plagis ſeu ulceribus non emittitur niſi uirus & ſanies . Sed à uulneri- bus emittitur ſanguis , & iſta pueri ſciunt tu ergo decrepite ſenex quando addiſces?ſed quia aſſeris qđ in quinquagenaria fortis robuſte .temperature ſan
guineæ

guineæ prout dictum est menstrua prouocari non debent. Notare debes per fide sophista quòd purgatio mēstrualis non per etatem sed potius per temperiem attenda est unde aliquibus decimo anno incipiunt fluere aliis decimo quarto uel circa & fluunt usque ad quadragesimū uel quinquagesimum, aut sexagesimum annum secundum, quòd mulier erit magis sanguinea uel plectorica et colerica similiter potest fieri flebotomia ut Aliab. & Gulielmus Brissiensis optime narrant in historiis etiam reperitur constantiam mulierem Imperatoris eurici publice peperire uoluisse ne suppositicius puer crederetur, erat enim etatis quinquaginta quinque annorum: Secundum igitur temperiem menses fluunt et partus fiunt non annorum computatione que solum secundum quandam latitudinem ponitur: Si igitur mulier hæc sanguinea plettorica ponitur cum bilis ad mistione & consistentis etatis secundum tēperiē licet annorū computatione in prima parte senij merito sanguis extrahi potest, & materiæ per uias mēstruorum deuertende sunt propter ardorem maxime urinæ iuxta sententiam Hippocratis 7. apho. dissuriam è talo incisa uena soluit non potest ergo huic patienti præstantior medicina adhiberi quam materias diuertere à uiis urinæ sicut in omni defluxu diuersio præsertim à Mōtagnana laudatur prima, igitur intentio sit euacuatio lenis secunda sit diuersio & propter eandem rem et causam uomitus etiā sublime ab omnibus collaudatur ut prima 4.. cap.

de iuuamentis quæ affert uomitus unde euacuatiõ etiam per hemoroidas maxime confert in ardore urinæ quoniam materie per alias partes sine nocumẽto euacuari possunt et tu calumniator sophista asseris propter diuersionem que tantopere à cunctis laudatur augeri ulcera et defluxus sanguinis plagarum renum sed considerare debes quòd una causarum ex qua mittus sanguinis fit retentio mẽstruorũ est quæ per uias urinæ propelluntur attractiua renum forti existente unde ad uesicam expelluntur. Nonne ex retentione menstruorum accidunt difficultates urinæ? & ex eorum compressione dolores in alchati & collo uessice fiunt & mittus sanguinis? ex prouocatione ergo menstruorum cessant difficultates urinæ & alia accidentia propter colligantiam quam habet matrix ad epar et ad renes & ad lumbares partes ut 21. tertii testatur Auicenna quòd si ullo modo menses prouocari possunt tutius imo necessarium illuc materias diuertere & ad illas partes deriuare quoniam renes sunt membra tenerrima apta multum noceri à materia nimis acuta aut salsa. Matrix uero quia membrum solidum est durũ propterea non est ita paßibile et uiæ deferentes menstrua à uiis urinæ differentes sunt ut omnibus clare patet sed profecto credendum est quòd in medicina à te imaginata o Sophista reperitur eandem esse uiam urinæ & menstrui ideo dato sed non cõcesso quòd rebus aperitiuis & solum calidis tententur prouocari qualitates talium rerum minime uiis u-

rinæ nocere poterunt notabiliter cum per diuerſos meatus ſit tranſitus & difficile admodum eſt, reperire aliquod quod undiq; proſit obſit autẽ nihil: Præterea ſi bene exibentur propter aliquem effettum medicine calide Nonne cibis et potibus poſſunt contemperari? Sequitur igitur quòd hæc uia principaliter eſt attendenda cum ratione diuerſionis tum propter prouocanda mẽſtrua quæ huic mulieri ante tempus naturale, & ſtatutum retenta dicuntur tibi ergo ò ſophiſta neceſſarium eſt, omni ingenio omnique diligentia perquirere cauſas morbi, Alioquin ulcera, & acidentia ſeuiora in dies creſcunt, & que diu ad aliquem locum fluere conſueta ſunt, lente remouere oportet quæ uero breui breuiter tamen ſemper neceſſarium eſt, ad id quòd magis urget attendere, & quando affectus in eſſe, & in fieri ab aliqua cauſa dependet pariter ambo curare oportet ſecus, autem eſt, in morbis confirmatis dato, quòd impoſſibile fere ſit aliquem reperire morbum ſine aliqua cauſa productum quæ cauſa à te Sophiſta tanquam non neceſſaria non perquiritur hæc utique uia phiſica rationalis, & proficua nimis erit ad ſalutem patientis quòd ſi aliter fit eam euadere impoſſibile erit. Sanguis enim in hac muliere multiplicatur uiſcoſus ex miſtione humoris, groſſi coartans ora uenarum ut ex urinis, & ex pinguedine zirbi, ſeu mirahc oppilante tales uias,

in ea: comprimendo facile poterit cognosci ideo illum natura non propellit ad locum menstruorum, sed per alias uias et regiones scilicet renum euacuat ideo sæpe mictus sanguinis fit ex retentione mẽstruorum cum per uias urinæ propellitur ut dictum est, attractiua renum forti existente et ad uesicam propellente & in aliquibus per uomitum aut per fluxũ uentris aut per alias partes contigit euacuari: sophista calumniãdo arguit si per te ò philosophe mictus sanguinis prouenit aliquando ex apertione uenarum ut contigit in muliere mẽstruata in qua urina sanguinea apparat si hoc est uerum igitur uia urine & mẽstrui eadem est philosophus respondet ꝙ ignorantie uia & malignitatis in te eadem est: sed semper uerum erit quod mictus sanguinis seu urina sanguinea aliquando fit ex apertione uenarum, ut contigit in muliere mẽstruata ex quo dicto nunquã sequetur apud recte intelligentes quòd uia mẽstrui & urinæ uia sit eadem sed bene confluunt ambo ad aliquem terminum comunem in quo simul miscentur sophista sequitur contradicendo etiam Asseris philosophe exibendum esse antimonium ex quo debilitabitur satis et etiam humores inflamabũtur: philosophus respondet ò sophista si in hac quam agis decrepita etate nihil quicquam boni didicisti, quando addisces? quero à te ò sophista nunquid are frigida in primo gradu ut Aui. aut in iij. ut Serapio et Dioscorid. potest corpus calefieri? Si Antimonium in primo aut in iij. gradu frigidum est quomodo potest

cor-

corpus ignire aut calefacere? neque corpus ex eo poteſt debilitari imoſi Theophraſto paracelſo & ali quibus modernis fides eſt adhibenda Antimonium corpus uiuificat & corroborat corruptum ab incor rupto ſeparando, et eiciendo propterea constanter teneo quod nullum medicamen magis Idoneum & oportunum huic mulieri exhiberi poterit quam An timon. pluries exibitum interpollatim per diuerſas uices et recte paratum hoc autem quòd dicimus, ita manifestum erit ſi in ulceribus renum, & ueſicæ quorum ſimilis eſt curatio indigemus leni mundifi- catione diuerſione conſolidatione & exiccatione ſi- ne mordicatione et abſciſsione fluxus ſanguinis: An timonium mundificat ſordicies ulcerum & deſtruit carnes additas illorum ſine mordicatione, & abſcin dit fluxum ſanguinis et diuertit materias per ſeceſ ſum benigne euacuãdo ſi recte paretur hoc opus hic labor: & per uomitum euacuat qui tantopere, & ſublime in ardore urinæ ab omnibus collaudatur, adeoquod uomitus non ſuperfluus poteſt ſanare eru ptionem uenarum & arteriarum ut 13. tertii tra- ctatu quinto cap. primo non eſt ergo medicina ei par eiciendo enim cõſolidat ulcera ſequitur igitur quòd habet omnes intentiones curatiuas ſecundum quòd oportet & neceſſarium eſt, huic mulieri hoc autem quòd dicimus teſtatur Auicen. cap. de antim: Galen nus. 4. cathag. Serapio ſub nomine aytruad Dioſcor. ſub nomine ſtimi aut stibii Almaſor, & theofrastus Paracelſus & Mathiolus unde profecto mirum eſt,

quòd

quod tam senili, & decrepita etate nihil quicquam boni reperiri contingit quod enim rettum prauum habes quòd dignum uile putas Sophista dixisti ò philosophe dandum esse reubarb & sanguinē extrahendum esse sed in debili complexione neutrum horum fieri debet philosopus respondet dicendo reubarb. ualde conferre quoniam confortat et mundificat epar & stomacum educendo coleram & flegma ab eis, confert doloribus uiscerum, & sputo sang. & emanationi eius undecunque sit itaquod sonat rupturas intrinsecas & extrinsecas si igitur ut supra cap. de causis huius morbi uisum fuit clare. Quòd materia huius morbi non in renibus nec in uessica essencialiter est, sed per colligantiam delata ab epate ad renes et per uias urinæ scilicet per poros uritides ad uessicam defertur. Necessarium ergo est curare premitus membrum mandans quòd est, epar itaque reubarb. sumopere confert, siquidem omnes supradictas intentiones quæ hunc morbum sequuntur Curac. pariter, & flebotomia in muliere sanguinea plettorica diuertendo, & euacuando massam illam sanguineam non rette separatam ab aliis humoribus ab epate delatis ad renes et uessicā siquidem cessante causa cessat effettus. Alioquin ulcera uiuificabuntur, & maiora in dies fient. si cause morbi, & diuersio ni de quibus debet esse principalis intentio: non attendes: propterea uirtus debilis apparet quoniam grauata est a sarcina humorum ideo non restauratur nec ardor urinæ cessat

nec

nec cessabit quia causa morbi non curata aqua effe-
ctus dependet in esse & in fieri necesse est acciden-
tia & symthomata in dies seuiora fieri contradicit
Sophista ad huc quòd patiens debilis non debet fle-
botomari. Philosophus respõdet quòd parum super
hæc digredi oportet quoniam nemo habet dubitare
quòd totius corporis uires in esse & in fieri & in cõ
seruari non dependeãt à fortitudine cordis ergo ip-
so debilitato necesse est & sequi oppositum si per te
ò Sophista mulier hæc debilis est querenda est cau
sa debilitatis quæ quia ab auttoribus multiplex as
signatur, Aut enim per essentiam fit à corde, ut
per solutionem continui & tunc subito mors sequi
tur: Aut debilitas fit ex tristitia, nimio gau-
dio aut balneo aut forti exertitio hæc enim om-
nia debilitant uirtutem. Aut debilitatur ra-
tione spiritus qui si fuerint, multi seipsos suf-
focant aut quia sunt pauci propter fortem eua-
cuationem, ut accidit in fluxu uentris superfluo
aut fluxu sanguinis undecunque emanantis ut poe-
ta uitam cum sanguine fudit, & denique in om-
ni superflua euacuatione resoluuntur omnes spi-
ritus; aut eorum magna pars itaque, quando
sunt pauci, non possunt se ad membra diffundi
unde debilitantur membra. Debilitatur etiam
uirtus, quando spiritus sunt uenenosa quali-
tate infetti. Aut quum dolor, mordicatio pun
ture neruorum in membris sensibilibus proster-
nunt uirtutem. Sed in hac patiente nullam,
pre-

predictarum causarum reperiri cõtigit nisi aut quia spiritus sunt multi qui seipsos suffocãt aut quia sunt uenenosa mala qualitate infecti ex massa sãguinea corrupta uapores corrupti ab ea eleuati cor petunt unde debilitatur: quorum duorum flebotomia liberatur simul: & si repletio erit sanguinea remouebitur flobotomia basilice destre si repletio erit uaporosa flobotomia basilice sinistre per essentiam ergo nulla alia causa debilitatis aßignari poterit præter alteram earum quas diximus: Sed quia cor etiam potest debilitari per colligantiam aliorum membrorũ mittentium ad cor ut renes epati epar cordi: per uenas & arterias: similiter etiam matrix cordi comunicat uapores corruptos per colligantiam ergo horum membrorum poterit uirtus debilitari quòd si hæc membra sunt in causa debilitatis merito reubarbarũ confert & exiberi bebet quoniam purgat coleram et flegma & mundificat epar, & confert doloribus pungitiuis uiscerum & confert fluxui sanguinis undecunque emanantis pro ut diximus, et aperit oppilationes de quibus omnib. indiget patiens hæc quæ si forte debilis est: non erit nisi per comunicantiam ex uapore nimio continuato Aut ex uapore uenenoso cordi trãsmisso aut propter oppilationẽ coartãtem uias spiritus qui sunt in circuitu meatuũ cordis: Aut propter malas complexiões corruptas eorum membrorum ut accidit in febre adurente et pestifera si ergo per colligantiam aliorũ membrorũ est debilis mulier hæc in summa non possunt esse nisi

præ

predicta membra causa debilitatis quæ per colligā tiam possunt efficere nocumentum in corde et talia sunt epar. renes, Aut ueßica, Aut matrix & eademet sunt causa nocumentorum epatis et diuersitatis eorum per comunicantiam matrix enim per easdem uenas & arterias deferentes menstrua comunicat nocumentum epati epar cordi: ueßica per poros untides descendentes à renibus per eosdem nocumētum epati et epar cordi transmittit ut sic etiam renes ad epar: epar ad cor transmittit nocumentum unde ex his per colligantiam potest debilitari uirtus naturalis: omnibus enim supradictis membris diuersimode paratum confert reubarb. Aliter enim epati aut ueßice aut renibus paratum confert: Atque hæc quemadmodum loco differunt ita & in causa contigit cuius ablatione curantur: loco differunt quoniam dolor renum circa lumbos percipitur ueßicæ uero & matricis circa pettinem et inguina crura Ilia diafragma & dorsum percipitur: differunt etiam quoniam dolor renum grauatiuus est ueßicæ uero acutus propter sensibilitatem neruorum: conueniunt uero in causa quoniam cum dolor non sedatur ad cause ablationem deueniendum est, cum diureticis: Mala enim complexio renum & ueßicæ & aliorum instrumentorum urinæ ut pororum uritidū est oppilatio quæ ut plurimum est coartatoria propter illud quòd descendit ad ea de superfluitatibus, cum urina quòd si est ex humore oppilante aut erit ex multitudine sang. & tunc urina erit sanguinea,

&

& dolor in eis et dorso et signat repletionē supfluā sang.in uenis et flobotom. soluitur, aut erit ex aliis humorib.grossis uiscosis cum colera mistis quorū signa sunt urina cum hipostasi grossa cōglobata et regimē multiplicans tales humores & alie similes circunstantie et tunc cass.cum reub.sūme confert ideo subtiliter speculādū ē. An hic morb.pcomunicātiā an p essētiam sit in renib. aut uessica aut aliis urinæ uiis ut poris uritidib.sed cum mēbra ista sint seruiētia seruitute delatoria credendum ē ꝙ ab aliis membris ad illa transmittuntur in curatione ergo illorū mēbrorum principalis intentio habenda ē et resistēdū humorib.quoad quantitatē & qualitatē Aliter .n. nunquā felicitabitur cura, & opus medici quomodo igitur recte à te ò Soph.curari poterit ignota causa & mēbro mandante? ē profecto huius mulieris mala cōplexio epatis materialis, & principalis causa omniū indispositionū suarū in epate p essentiā causatur quonian est membrū organicum omniū humorum & quia sanguis corruptus ex retētione mēstruorum muliplicatur in ea cui flegma salsum aut colera miscetur ex defectu chisti fellis non attraentis colerā ad se & ex consequenti purgantis ipsū in debite à colera quæ si flegmati aquoso miscetur facit flegma salsum acutum mordicatiuum pariens dolorem: Aut causa ē splen non depurans epar a melancolia quare melancolicus humor in epate, & in renib. huius mulieris recipit caliditatem preternaturalem magnam per quā inficitur sanguis & red-

dit

dit ipsum corruptum et obiectum uirtuti nutritiue ualde inconueniens qui dato, quòd apponitur membris resolutis non tamen uere unitur, & assimilatur eis, imo sic latus ad membra inficit ea et fere corrumpit, ideo in facie huius mulieris sæpe, ut dicitur pustule acute id quòd uulgo cosci dicuntur apparent, Aut quòd renes non depurant ipsum epar ab aquositate urinali, uel quia flegma non mittitur ad pulmonē uel iunturas uel quia cibus a stomaco ad epar mittitur non plene cottus quibus omnib. in epate remanētibus epar discrasiatur & distemperatur & hæc omnia sunt in ratione cause antecedentis antequam attu ipsum discrasient. Quòd autem uerum sit id quòd dicimus ita ostenditur. Vrina huius mulieris est multa, & ut plurimum sanguinea sed urina multa sanguinea non a uessica neque à poris uritidibus fit exeo quoniam membra sunt exanguia ergo à renibus aut à membris supra renes. Non à renibus quoniam sanguis exiens à renibus est subalbidus grossius propter mistionem eius cum aquositate urinali. Sanguis autem exiens ab epate rubeus est simillimus sanguini qualis est in hac patiente igitur ab epate procedit, Ac etiam iterum probatur quoniam urina est turbulenta quæ significat multitudinem humorum ideo grosse sustantie. & plena sedimine & humoribus mucilaginosis qui à membris superioribus descendunt, quòd probatur quoniam res non bene miscentur si apropinquo paruo spatio,

comi-

comiscentur sed quando a longinquo descendunt: nã quanto res est altior tanto est maioris mistionis & quanto inferior tanto est maioris separationis fortis enim mistio fit si a longinquo ueniunt materie & tante & diuerse non continentur in renibus igitur necesse est ut ab epate descendant in quo massa fit, humorum ab epate ergo sanguis et tanta humorum copia defluit ad renes à quibus per poros uritides ad uesicam aqua ab extra defertur epar ergo discrasiatum est membrum mandans huic ergo omni cura omnisque diligentia attendendum est hinc est, quòd uirtus recuperari non potest derelicta causa faciente debilitare uirtutem: sophista contra instans dicit quòd ardor urinæ tollitur mucilaginibus emulsionibus sero, & similibus philosophus respondet, quòd sciendum est, quòd ardor urinæ est dolor pungitiuus & mordicatiuus tempore emißionis urinæ in extremitate pudibundi aut in peritoneon, &. in parte femoris tristis sensatio quæ multipliciter causatur aut .n. fit abstinentia aut nimio exertitio aut uehementia egritudinis comunicãtis materias uiis urinæ comiscendo humores super calefactos: Aut fit ratione materie colerice aut salsesecũ comiste aut fit ratione calidita tis ab epate aut renib. aut ab aliquo loco comunicate aut fit ex consumptione carnis glandulose existẽtis in collo ueßice ad equandũ acuitatẽ urinæ quæ propterea fuit glandulosa caro illa creata, aut fit propter ulcera et scabiẽ in uiis urinæ perque transiens urina sua acuitate mordicat unde

ardor

ardor in urina causatur, qui & si ab aliis causis fieri poßit hæc tamen sunt species famose ardoris urinæ à quibus potißimũ fit sed uerisimilius ut diximus in hac muliere est flegma salsum colere comistũ ab epate quod aquositati urinali defertur ad renes ulcerãs eos sui acuitate et ẽt collum ueßicæ. Aut ex retentione menstruorũ massa humorum retenta preternaturam ante statutum tempus non habens exitum in epate corrũpitur et ab his humoribus ita mistis et coruptis eleuatur uapor qui ascẽdens ita corruptus ad cor per uenas & arterias ortas à corde ut Arist. Aut ab epate per colligantiam ad cor, prout medici uolunt & propter hoc debilitans ipsum. siue ratione doloris & solutionis continui renum per comunicantiã ad epar à quo ad cor ut supra dictum est. siue ex uapore corrupto in epate eleuato ad cor ipsum debilitans ut cunque autem sit epatis est habenda principalis intentio mundificare sanguinem & ipsum rettificare & diuertere ab eo humores qui deferuntur ad renes & ad ueßicam hæc autem omnia tum exibitio in plures uices antimonii aut reubarb. cum caß. pro ut dittum est, tum diuersio & euacuatio per flobotomiã magnifice efficerent ut sic enim uirtus alleuiatur dempta sarcina humorum ut sic etiam Ardor urine maxime tollitur siquidem id quod influit ad membra urine euacuatur, mucilagines enim & emulsiones non sunt de essentiali cura ardoris urinæ nisi remota prius causa, serum uero ò sophista nunquam competit quoniam à Mesue calidũ et siccum ponitur à primo gradu usque ad secundum & ab aliquibus usque ad tertium ideo sua nitrositate abstergit

& deſiccat quibus non indigemus in ardorem urinæ ſed oportet adequare humiditatem aquoſam remittendo acuitatem urinæ quòd frig. & humid. adimpletur . preterea ſerum nocet fluxui ſanguinis ut habetur ab Auicen. Aquoſitas enim lactis ē ſubtiliatiua lauatiua ideo nocet eo maxime ſi caroglandulofa fuerit comſumpta ubi oportet uti his que faciunt naſci carnem & que humettant et conglutinant , lac autem bene confert quia equat chimos & confortat corpus & abluit , & quando bibitur cum melle mūdat ulcera interiora ab humoribus groſſis & diuerſificatur ſecundum ſpecies animalium & ſecundum etatem ideo caprinum magis laudatur quoniam temperatum eſt . Vacinum uero quia multum de buteroſitate continet ad calidum declinat ideo non laudatur . Componitur enim lac ex tribus ſubſtantiis aquoſitate buteroſitate caſeitate ſero mundat butiro maturat caſeo conſolidat in hoc ergo omnes intenniones curatiue fuiſſent nō in aquietate ſola ut recte intuenti ſatis patet ſerum autē ſua nitroſitate abſtergit & deſiccat quibus nonindigemus ullo pacto. Sophiſta ad huc inſtat quòd ſpeciebus diatraganti cum bolo curari debent ulcera huius patientis, Philoſophus reſpondet tu ò Sophiſta præpoſtero ordine procedis in conſolidando ulcera renum antequam mundificentur . nonne ſanies intus detenta conſolidare non ſinit . Et ſi ad tempus conſolidarentur labia ulceris ſanies intus detenta iterum congregaretur et in apoſtema poſt modum erumperet & de hoc docti, & indocti ſcribunt poemata paſſim primo ergo ſunt mundificanda ſordida ulcera deinde incarnāda ultimo conſolidanda et bolus arm.

Si

si bene exiccat tamen non cosolidat si autem bolum exi-bes propter fluxum sanguinis uidendum est an ex aliqua causa talis fluxus contingat & tunc illa erit primo absin denda ultimo bolum exibendum contradicit etiam So-phista dicendo quòd danda est infusio mirabolanorum cass: cum rosaceo zucc.ut diuertantur materie fluentes ad renes Philosophus profecto hic homo non sibi constat Arist.enim in topicis uult mendacem esse, memorem cur hic ò Sophista approbas diuersiones superius uero a me ordinatas reprobabas? Sophista tu nescis mederi ò Phi losophe ego possum proponere scolares meos tecum dispu taturos philosophus quando magister ignorans est ingno rantia praue dispositionis, scolares sequuntur eum, sed quia scolares proponis ò Sophista ego profecto propone rem tibi unum inter ceteros de meis in logica scolaribus qui publice in studio Salernitano & Neapolitano logicā & philosophiam professus est hunc tibi propono Idoneū tibi fore magistrum donec è uita discesseris. Tu uero ò sophista rem ueram falsam imaginaris et amicabilem ini micam si quòd:tibi offertur sub forma contrarietatis reci pis quare estimandum profecto est, non aliud hoc esse quam fantasie operationes tuas esse corruptas quæ licet te in rei ueritate non reddant manifeste aut notabiliter egrum nunciant tamen tibi nocumenta non leuia prouen tura, Nam si aliquando existens es in sermone cum ali-quo tibi coniunto socio defectus quodammodo uirtutum interiorum tibi notatur qui est corruptio imaginatiue et cogitatiue potentie imaginaris enimlicet corrupte te es se in philosophia & medicina & catholice legis doctorē

magnum. Sed ex falsis imaginatis species enim talium imaginationum corrupte deferuntur ad organum cogitatiue ad quam famulatur imaginatiua potentia et permutat ipsius complexionem et spiritum qui esse debet instrumentum operationis ipsius cogitatiue unde ex permutatione organi, & instrumenti cogitatiue potentie oportet ipsam cogitatiuam corrupte exire in operationes eligendi, & eliciendi. Igitur potentia talis exit in actum iudicii et sermocinandiquòd totum in te apprehenditur eße secundum speciem corruptionis in operibus ambarum uirtutum imaginatiue scilicet & cogitatiue potẽtie. unde deterior est hæc species quam fuit illa quam Galenus narat de illo qui corupte imaginabatur tibi cines esse in camera & iudicabat eos expelli. Imaginabatur .n. quòd non erat ferebat tamen iudicium quòd afferre debebat eo quòd pulsationes instrumentorum expelli debent à loco in quo sunt homines talem lesionem cerebri habentes. Hæc ergo potest fieri et si non est egritudo ualde seua. quare dubitabile est si mora habebitur quòd multum de materia multiplicabitur ad partem lesam ideo non opus est blandiri sed medicamentis attrahere materiam & euacuare per diuersas partes. Et potest esse quòd sit nocumentum in sensu comuni quoniam sicut fantasia recipit & detinet species a sensu comuni sibi delatas, ita fantasia seruit imaginatiue potentie quæ præparando & deferendo species deseruit & famulatur cogitatiue potentie, ita ut ipsa eliciendo iuditium afferat sequendi illud & fugiendi alterum adeo ut ea uelut alter intellectus in homine aquam plurimis ponatur, si ergo sensus comunis

in corde ſubiectatur ut clare patet ſecundo colliget 8. a uaporibus melancolicis naturalibus contingit quandoque cor infectum fuiſſe & ſpiritum uitalem ab eis fuiße corruptum corruptione conturbationis & cum hic ſpiritus ſit materia ſpiritus animalis inquem tranſmutatur à forma cerebri cum ſuo temperamento non eſt mirabile ſi ex corrupta materia ſcilicet ſpiritu uitali corrupto corruptus generetur effectus ex eo ſcilicet animalis ſpiritus et confirmatur quia forma cerebri cum ſuo temperamento debilior eſt ad perficiendum animalem ſpiritum ex uitali ſpiritu iam corrupto, quam ſit forma cordis cum ſuo temperamento ad prohibendam corruptionem in ſpiritu uitali fieri à uaporibus, & a materia melancolica. Sed cor non potuit prohibere corruptionem uitalis ſpiritus quòd tamen eſt fortius ergo neque cerebrum poterit uitalem ſpiritum perficere ita ut ex eo fiat animalis ſpiritus imaginationis, & cogitationis ſufficienter productiuus. Et poteſt confirmari quoniam complexio cerebri tua notabiliter iudicari poterit nocita a uaporibus et ab humore melancolico igitur cum ſua diſcrepantia ſpiritũ uitalem corruptum rettificare non poterit ut ex eo fiat animalis ſpiritus inſtrumentaliter operationum imaginationis et cogitationis perfectiuus cum igitur materia animalis ſpiritus que eſt ſpiritus uitalis, & organum quòd eſt cerebrum infecti ſint ſequitur neceſſario quòd operationes imperfecte & corrupte producantur, neceſſe eſt enim corrupto inſtrumento et organo ad operationes deputato corrumpi operationes ab eo prodicibiles, non immerito ergo ſupra dittum eſt quod à corde poſſunt exire co

gitatio

gitationes iſte male ſed quiſpiam contra argueret ex eo quoniam corruptio in operationibus ſenſuum interiorum poteſt procedere ex augumento caliditatis diminutio & ablatio ex augumento frigd. ut prima tertii teſtu primo has omnes operationes ingreditur leſio, ſed ſupra dictũ eſt uaporem inficientẽ uitalem ſpiritum eſſe deciſum à melãcolia naturali quæ frigida eſt ergo in operationibus naturalibus debet aſsignari diminutio & ablatio & non corruptio huic aũt motiuo dupliciter reſponderi poterit primo quòd ab exceſſu cuiuſcunque qualitatis calide uel frig. aut ſicce contigit ledi operationes interiorum ſenſuum leſione corruptiua uerum frequentius leſio fit à calido quam a frig. & ſic intelligitur auttoritas Auicen. Iterum & ſecundo poteſt reſponderi quòd ſupra non aſſumebatur uapor præciſus a melancolia naturali aut ipſa eadem infectiua cordis & ſang. & etiam uitalis ſpiritus ſed dicebatur quòd ipſam ſub forma naturalitatis humoris melancolici ebulliens aut putrefacta illud efficere poteſt & ita ſatisfit optime motiuo. Finis.

Ad Laudẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei uiui & ueri. Qui abſtulit peccata Mundi & pro Nobis in ara Crucis pependit.

Nos Frater Maximianus Beniamus Cremen. in dioeceſi Patauina hæreticæ prauitatis Inq. permittimus hunc librum imprimi.

Errata sic corigito:

litera A.

F. 3. a tergo.l.2. quod. quid.

F. 4.l.18.quarti.quarta. ibidē l.20.frigidas.frigiditas:

F.5.l. 5. ipsam. ipsa. ibidem l.10. ac.ad.

F.6.l.20. absoluta. a soluta.

Littera B.

F. 9. l. 30. ua. sua.

F.10.l. 17. peruenire. prouenire. ibidem a tergo l.1. protexe. prolixo.

F.11.l.5.cum.tum.

F.13. l.17.a tergo. propinquis.propinquas. ibidem. plurimas. plurimis.

F.15.l.3.a tergo.comisſione.comiſtione.ibidem l:10 comisſione. comiſtione.

Littera C.

F.17.l.13.qualitati. qualitatum. ibidem. a tergo l.1: fluxu. fluxum.

F.20.l.1.a tergo. carnantes. incarnantes:

F.22.l.13.a tergo.expensa. expansa.

Littera D.

F. 26.l.6.temperaturam.teperatura:


F.28.l.13.crescunt. crescent.

F.26. l.1.a tergo.quod tam senili. in tam senili.

F.29.l.1. a tergo sonat.sanat.

F.31.l.4.eademet. eademmet.

F.32.l.9. ab extra. ad extra. ibidem.l. 11. omnisque omnique.



28.

coll. cum f